







1713.

1. Hutius, Fran. Terentius: Rationes quaedam juris contro-  
versiae.
2. Mollenbeccius, Bernhardus Ludovicus: De imperiali-  
liberalitatis sociis ad l. unie. Cod. D. liberalit. Imper.  
Socius sine hered. decernit.
3. Starckmann, Ludov. Fridr. Wilhelm: De foro compe-  
tente.
4. Gangius, Terentius: De expositione infantum  
ejusque poena veteri.

1714.

1. Boltes, Joannes: De judicii petitori ac possessori  
ubi et possessioni ordinarii ac summarii, differentia.
2. Grolmannus, Melchior V. Thormarius: De operarum debita-  
rum mutatione. pars 2. Ed. nova 1761.
3. Schaeff, Antonius: Ad legem Pompejanam de perjurii  
ubi crimine ejusque poena.

1714.

4<sup>a</sup> <sup>2</sup> <sup>6</sup> Walpman, Gothofredus: De eo, quod justum est  
circa contractus reuociter introductos Brunol. 1714  
p. 175.

1715.

1. Weherus, Hermannus: Specimen perenniarum histori-  
carum et rer Germaniae illustrandas imperatorum
2. Grothmannus, Melchior Dehmannus: De operarum debita-  
rum mutatione, pars 3. potissimum de remediis  
in mutatione operarum juste attendendis agens.
3. Haudevereth, Georgius dandoricus: De eo, quod justum  
est circa aedificia privata . . . .
4. Hoffmeister, Lysp. Guntker: De jure dispensandi
5. Lucius, Joh. Tacubus: Specimen collationis juris  
statuterii Aouuo. Francofurtensis cum iure Romeno.  
ex part. 2. tit. 1.

6. Meier, Iohannes Geopardo: Vestalitorum conficta  
corumque in exteros valore.

7. Weberus, Iohannuel: De regnis sub lege commisso-  
ris delatio.

427.

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

DI

R

A

EX

JO

GIL





3. DISSERTATIO JURIDICA *P. 48. num. 52. 31.*  
DE *P. 48. num. 52. 31.*  
**IMPERIALIS** *2/*  
**LIBERALITATIS**  
**SOCIO,** *1713, 2*  
AD

*P. 272* L. Unic. Cod. Si Liberalit. Imper. Socius sine  
hered. decesserit.

*Quam*  
*Auspiciis Divini Numinis,*

PRÆSIDE

**BERNHARDO LUDOVICO**  
**MOLLENBECIO, Jcto,**

*Sereniss. Landgravii Hasso-Darm-*  
*stadini Consiliario, Comit. Pal.*

*Cæs. & Professore Facult. Jurid. Primario.*

Fautore ac Studiorum suorum Promotore  
xtatem colendo:

*Publice defendendam suscipiet*

Ad Diem Decembris crs 10 cccxiii.

**LUDOLPHUS HENRICUS de HUSS,**  
Minda Westphalus.

GISSÆ, Typis Viduæ JOH. REINH. VULPIL. Acad. Typ.



DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
IMPERIALIS  
LIBERALITATIS

SOCIOS

L. Univ. Cod. Si liberalis Imper. Socius sine

PRÆSIDIO

BERNHARDO LUDOVICO  
MOLLENBECIO J.C.

Secretarius I. Augustini Hoffmann  
Radium Collegii, Comit. Pal.

LUDOLPHUS HERTELII

GISSÆ, Typ. V. J. JOH. REISS / 1788

1788  
102





I. N. J.

CAPUT I.

*Originem Materix exponit.*

SUMMARIA.

*Petitiones bonorum vacantium, caducorum, & proscriptorum, fuisse olim frequentes. Quandoque à pluribus communiter, junctisque nominibus factas. Ipsos Principes Petitoribus aliquando Competitores & Socios sponte adjecisse. Tandem Petitiones esse sublatas. Num omnes sublata. Per prohibitionem Petitionum, Libe-*

A 2 *ralitatem*

ralitatem Principum non censerī sublatam.  
 An ob prohibitas Petitiones Tribonianus  
 Titulum Codicis Theodos. Si Petitionis So-  
 cius &c. recte in Codice Justin. ita muta-  
 verit, si Liberalitatis Imperialis Socius sine  
 herede decesserit. Subjicitur Textus.

§. I.



**N**E quid antiquitatis, & origo ma-  
 teria, quidque Imperialis Libera-  
 litatis Socii sint, ignoretur, illud  
 paucis præmittendum arbitror, va-  
 cantia & caduca bona, ut & pro-  
 scriptorum, Fisco delata, tum alios,  
 tum eos maxime, qui in privato  
 Principis obsequio constituti, veluti Castrenses S. Pa-  
 latii, quique sub ejus dispositione erant, Sacro Cubi-  
 culo servientes, & qui circa Principem familiariter ver-  
 sabantur, petere olim solitos fuisse: cumque vererentur  
 quandoque, ne totam aliquam substantiam, pos-  
 sessionem, remve quæcumque Fisco quaesitam, ceu  
 vacantem forte vel caducam, vel ex proscriptorum bo-  
 nis, singuli solique à Principe impetrare non possent,  
 vel etiam timerent, ne per mutuum concursum sese  
 impedirent, *communī nomine seu communiter jurs-*  
*hisque*

*hisque nominibus* (uti in *L. 1. & 2. Cod. Theodos. Si Petit. socius sine herede decess.* disertè dicitur) eandem rem à Principe petiisse & hac arte facilius impetrasse, qui ita ejusdem Donationis reique Consortes, Socii aut participes facti fuerunt, hincque *Competitores* vocantur in *L. 30. 31. & 33. C. Theod. de Petit. & ultro dantis & Delator.*

§. 2.

Ipsi Principes quoque, sive quod liberalitatem in plures spargere cuperent, sive ut Petitores moderatius agere docerent, plures impetratorum participes, prout etiam magna rerum donatarum substantia esset, Petitoribus jungere soliti fuerunt: quod de Valente Imp. ex Ammiano Marcellino *l. 21. p. 498.* Jacobus Gotofredus ad *tit. Cod. Theodos. Si Petitionis socius sine herede defecerit*: nominatim observat, ille enim ita: *Super his omnibus, inquit, liberali erat (Valens) animi moderatione; cujus rei abundant licet exempla, unum tamen sufficit poni. Ut sunt in Palatiis non nulli alienarum rerum avidi, si qui caducum vel aliud petiisse ex usu cum magna iustorum distinctione, contradictoris copia servatâ, donabat ei qui petierat: tres vel quatuor alios absentes aliquoties impetratorum participes jungens: ut castigatius agerent inquieti, lucra quibus inhiabant hoc minui commento cernentes.* Jamque olim Alexandrum Severum thesauros iis qui

qui invenerant reliquisse, & si multi seu magni thesauri essent, Socios addidisse, inventoribus eos, quos in suis officiis habebat, Lamprius in *ejus vita* Autor est.

§. 3.

Coeterum *Petitorum* horum pleonexia & avara cupiditas eousque se exseruerat, ut illorum inhiantium praedae, uti dicitur in *l. 27. C. Theodos. d. t.* Aviditati postulatorum, *l. 11. d. t.* Inverecundae inhiationi, *l. 15. d. t.* Cupiditati illicitae *l. 29. d. t.* Nefariae petitioni *l. 24. d. t.* Vitiis *l. 23. d. t.* Assiduae libidini grassari solitae *l. 25. d. t.* variis subinde Imperatorum Constitutionibus fuerit occursum, quas citatus titulus Codicis Theodosiani de *Petitionibus & ultero datis & Delatoribus* magnam partem continet, & ex aliis supplet Jacobus Godefredus in *Comment. Codic. Theodos. dist. tit.* donec ipsae Petitiones bonorum sublatae sunt, *Tot. Tit. Codic. Justin. de Petitionibus bonorum sublatis.* Omnesque prohibiti, bona Fisco delata ex quacunque causa & incorporata petere, & si de facto impetrata concessio fuerit, invalida esse debeat, quoniam (ita conqueruntur Impp. Gratian. Valentin. & Theodosius in *L. 1. Cod. Justin. de Petit. bonor. sublat.*) *plerumque ita nonnullis causis in verecunda petentium inhiatione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus.* Neque vero petere res Fiscales saltem prohibuere Principes, sed & Quaestorem qui oblatae petitioni subscripsit, vel etiam responsum dedit, Comitem Rerum Privatarum, si vel instrui permiserit, vel Petitionem, si qua in sinuatur, admiserit, indignationem Numinis Caesarei sustinere voluerunt,  
ut

ut cæteris fiant vindicta & temeritatis exemplum: Memorales vero, qui excipienda hujusmodi Rescripta vel implenda curaverint, & Palatinos, qui instruxerint, vel gesta admissa Petitionis ediderint, bonorum proscriptioe puniri decreverunt Imperatores Theodos. & Valent. in *l. 2. Cod. de Petit. bonor. sublat.*

§. 4.

Tametsi vero antiquas *Petitiones* sustulerint Principes, liberalitatem tamen suam propterea cessare noluerunt, hæc enim virtus Principi propria est, ut Liberalis, Benefici, Magnanimi, elogia mereatur, animosque hominum (quod unum est juxta Senec. *lib. de Clem. cap. 9.* inexpugnabile Principatus monumentum) sibi devinciat. Tabor *de Suffrag. peric. 3. §. 20.* Et quid enim magis Principem subditis suis charum reddere potest, quam liberalitas? Quare nec omnes qualiumcunque rerum, sed Fiscalium saltem, & Proscriptorum bonorum *Petitiones*, abrogatas arbitror, nam quod non in universum, omnemque ad liberalitatem exercendam aditum præcludere voluerint, ipsimet prælaudati Imperatores Theodosius & Valentinianus ostendunt. Aurea enim vox est & judicio Taboris *de Donation. §. 12.* merito omnibus Imperantibus commendanda, quando iidem Imp. Theodos. & Valentin. qui pœnas Petitoribus Bonorum in *d. l. 2. Cod. de Petit. bonor. sublat.* statuerunt, in *Novell. Theodos. Tit. 44.* ita loquuntur: *Felicissimis Imperii nostri temporibus hæc nobis præcipua cura est, quemadmodum liberalitatibus nostris sine cujusquam pernicie*

omnes

omnes possunt divitiis abundare: Imperatorie quippe Provisionis munus esse censemus, ut omnes nostris dispositionibus gaudeant: Nemo suis inique nudatus facultatibus desseat. Scilicet hoc ipsum est, quod Cicero in Orat. pro Dejotar. ait: Frugi hominem dicere non multum laudis habet in Rege, Fortem, Iustum, & Magnanimum, Largum, Beneficum, Liberalem, hæc sunt Regie laudes. Quapropter licet non antiquæ Petitionis amplius, Liberalitatis tamen Socii adhuc facile constitui possunt, ut propterea sufficientem causam Tribonianum non habuisse censem, quod Titulum Codicis Theodosiani Si Petitionis Socius sine herede defecerit, in Codice Justiniano Repetitæ prælectionis, propter Petitiones sublatas, ita formaverit: Si Liberalitatis Imperialis Socius sine herede decesserit: prout & alibi Petitionum memoriam sustulit, ut ex collatione legum utriusque Codicis deprehenditur: Nam licet Fiscalium rerum bonorumque damnatorum Petitiones, quæ Palatinis olim frequentes erant, sustulerint Principes, quoniam ejusmodi donationes odium invidiamque pariunt, & maximè illarum rerum, quæ ob rebellionem confiscantur, pacem publicam & concordiam impediunt, si ea, ut sæpe fit, hac restitutione bonorum, evalescere nequit; quam in rem prudenter diserverit Christoph. Forstnerus ad l. 14. Annal. Taciti 24. aliarum tamen rerum quæ in patrimonio ipsorum erant, Petitiones sustulisse, inde non consequitur. Sed ipsum Textum subjicere libet, & postea consueto more resolvere operæ pretium erit: Ita vero sonat in *Lege*

Un.



*Un. C. Si Liberalitatis Imperialis Socius sine herede de-  
cesserit.*

*Imp. CONSTANTI-  
NUS, A. ad Mygdonium Ca-  
strensem Palatii.*

*Jubemus, ut si quis forte  
ex his quibus communiter à  
Nobis aliquid donatum sit,  
nullo herede relicto, decesse-  
rit, ad consortem potius sola-  
tium, quam ad personam a-  
liam pars decedentis perve-  
niat, Dat. 12. Kal. Apr. An-  
tiochiæ Constantino A. IV. &  
Licinio IV. Cons.*

B

CAP.



CAPUT II.  
*Inscriptionem Textus examinat.*

SUMMARIA.

*Inscriptionis differentia in Codice Theodosiano & Iustiniano. Usus posteriorum Librorum Codicis attingitur. Autorem Legis non Constantinum, sed Constantium esse. Num rectè Tribonianus alium Autorem Legi praefixerit. Fidem Historicam in Codice Iustiniano saepe conturbatam. Ex duabus Legibus Codicis Theodosiani hanc unicum esse concinnatam. Non ad Mygdonium Castrensem S. Palatii, sed Orionem V. C. Comitumque Rerum Privatarum Imperatorem rescripsisse. Dignitas Castrensis S. Palatii Comitumque Rerum Privatarum remissivè ostenditur.*

§. 1.

**I**nscriptio Tituli, sub quo continetur Textus, est, *Si Liberalitatis Imperialis Socius sine herede decesserit: quam ob sublatas Petitiones Tribonianum formasse, cum alias in Codice Theodosiano ita concepta esset; Si Petitionis Socius sine herede defecerit: jam ante dictum est. Continetur in Codice nostro Libro X. Tit. XIV. cumque usum præbeat etiamnum hodie uberimum, uti sequentia demonstrabunt, inde liquidum evadit, verum esse quod Hartmannus Pistor in Consilio quodam de *Ratione discendi Juris* opportune monet, circumspæctum esse debere Studiosum, ne quod vulgo fieri solet, posteriores tres Codicis Libros omittat, sed in illis quoque excutiendis non nullum operæ prætium quærat. Quanquam enim negari nequeat, multa in illis contineri, quæ ad faciem hujus sæculi, & Imperii Romano Germanici Statum adæque comparari & applicari nequeunt, non tamen ideo illis omnis usus est denegandus, nec leges, quantum vis locales, inutiles dicendæ sunt, sed utus horum librorum, uti in Jure Publico singularis, ita in privatis controversiis plane eximius est, uti pluribus commonstrat Tabor *Tract. de Obligatione Successorum in Officiis, occasione Analyseos L. 21. C. de Decurionibus C. 1.**

Autorem quidem **CONSTANTI-**  
**NUM** præ se fert, sed in rei veritate Imp. **CON-**  
**STANTIUS** est: Tamen enim & **CON-**  
B 2 **STANTINUS**

STANTINUS hâc de materia ejusdem tenoris legem rulerit, non tamen illa hæc nostra est, sed quæ in Cod. Theodosiano sub Tit. *Si Petit. Socius sine herede de- fecerit*: prima est, & ita legitur:

Imp. CONSTANTINUS ad Mygdoni- um Castrensem S. Palatii.

*Si quis forte deceaserit eorum qui communi no- mine donatum aliquid à Nostra impetrarunt Clemen- tia, nec superstites dereliquerit Successores, placet, non ad extraneam quamcunque personam, sed ad So- cium vel consortem, pervenire portionem illius, qui intestatus, aut sine liberis, diem defunctus est. Dat. XII. Kalend. April. Antiochiæ Constantino A. IIII. & Licinio Coss. 315.*

Hanc excipit in eod. Codice Lex 2.

Imp. CONSTANTIUS A. Orioni V. C.

*Non nulli in Nostro vel Patris nostri obsequio con- stituti, nominibus junctis professionem sibi largienti- bus nobis tribui poposcerunt. Jubemus itaque, ut si qui forsitan ex his qui communiter aliquid impetraverint, nullo herede relicto deceaserit, ad Consortem potius solatium quam ad personam aliam pars perveniat de- cedentis. Dat. XV. Kalend. Jul. Med. Philippo & Sa- lia Coss. 348.*

Ex quo apparet, ex duabus Legibus Tribonia- num nostram unicam concinasse, inscriptionem qui- dem & subscriptionem ex Lege prima retinuisse, con-  
textum

textum vero ex lege secunda, refecatis adhuc prioribus d. l. 2. verbis, quæ de Petitionibus, quippe jam tum vetitis, loquuntur, desumfisse.

§. 3.

Num recte vero Tribonianus fecerit, quod Inscriptionem Legis primæ nostro Textui præmiserit, & ejusdem Legis Subscriptionem subjecerit, dicere non ausim, imo improbe hoc, & cum veritatis historicæ detrimento factum esse, pronunciare non dubitat Jacobus Gotofredus in *Comment. Cod. Theodos. dist. tit.* quoniam ita

**CONSTANTINO** Lex nostra tribuitur, cum tamen **CONSTANTII** sit, triginta quinque annis posterius scripta. Laudat hanc in Gotofredo observationem Antonius Marvillius in *Præfat. de Commendatione Codicis Theodosiani ac de ejus ordinatione ad usum Codicis Justiniani, & de Peritia Lucubrationum Jacobi Gotofredi cum ejus elogio*: Quando ita ait: Coercet diligentissimus Autor (Gotofredus) manifestam Triboniani audaciam, qua fidem historicam totam conturbavit, dum ibi nescitur liquido, quid cujusque Principis sit, quisque & adeo ejusque juris progressus, vel mutatio facta fuerit, ita ut ex hoc facto, hunc vel illum Principem Constitutionis alicujus Autorem seu Conditorem securus hodie vix laudare possit juris peritissimus, quem Codex Justinianus præfert.

B 3

§. 4

§. 4. Atque idem nunc quoad personam, ad quam laudatissimus Imperator rescripsit, observandum est: Equidem *Mygdonii, Castrensis S. Palatii* Inscriptio meminit, sed si hæc lex non à Constantino sed Constantio profecta, ut iam dictum est, potius *Orionis V. C. Tribonianus* meminisse debuisset, nam ad hunc Constantium rescripsisse, ipsa inspectio Codicis Theodosiani in dict. l. 2. C. si *Petit. Soc.* ex qua nostra concinnata est, comprobatur. Quis *Orio* ille fuerit, Inscriptio quidem non addit, dum simpliciter *V. C.* meminit, aut *Comitem illum Rerum Privatarum* (ad eujus curam Patrimonium Principis, & bona ad Fiscum delata spectabant) extitisse, ex L. 8. *Cod. Theodos. de Petitione & ultro Dat. & Delator.* colligi potest, ad hunc enim ipsum ista Lex quinquennio post inscripta est. Ipsa verò Officia ac Dignitates *Castrensum S. Palatii*, ex quorum numero, prædictus *Mygdonius* fuit, itemque *Comitum Rerum Privatarum*, qua functione *Orio* extitit ornatus, hic recensere uti longum foret, sic operæ non arbitror pretium esse, cum ad moderna tempora non quadrent: itaque ad viros celeberrimos *Guid. Pancirolum de Notitia Dignitatum Imperii Orient. Cap. 87. 88. & 91. & de Notitia Dignitatum Imp. Occident. Cap. 42. & 43.* ac *Jacobum Gotofredum de Notitia Dignitatum Codicis Theodosiani p. 324. & 331.* Lectorem remississe satis sit.

CAP.



CAPUT III.

*Terminorum Explicatio-  
nem continet:*

SUMMARIA.

*Verbum jubemus necessitatem invol-  
vere. Examinatur ad verbum commu-  
niter. Hoc in loco ad Societatem vel Com-  
munionem referri. Quid sibi verba, nullo  
herede, velint. Ostenditur per heredes sal-  
tem Liberos & Testamentarios intelligi.  
Contraria hujus expositionis diluuntur.  
Verbum decesserit mortem notare. Quid  
per Consortem Lex velit. Quid vox So-  
latii notet. Quem per Personam aliam  
intelligat Imperator. Quid pars deceden-  
tis complectatur. Successionem Socii par-  
ticulare esse ostenditur. Vltimum in Tex-  
tu verbum, perveniat, quam efficaciam notet.*

§. 1.

**I**N Fronte legitur verbum *jubemus*, quod quidem quandoque idem est quod *optare*, quo sensu dicitur, *jubeo te valere*. Quandoque *promittere & securum reddere* notat, qua ratione Cicero ad Attic. ait: *Jubet nos sine cura esse de Clodio*: Sed in hac lege nostra *decernere ac statuere* notat, indeque necessitatem involvit, prout sumitur in §. 2. *Instit. de Testam. Ordin.* ubi Imperator ait: Neque ii quos Leges *jubent* improbos intestabilesque esse, possunt in numerum testium adhiberi, id est, quos statuunt ac decernunt: eoque pertinet quod Cajus in l. 26. ff. *qui Testam. fac. poss.* ait: Cum Lege quis intestabilis *jubetur* esse, eo pertinet, ne ejus testimonium recipiatur.

§. 2.

In verbis sequentibus: *Vt si quis forte ex his quibus communiter à nobis aliquid donatum sit*: adverbium *communiter* nota dignum est, dum triplicem in Jure Significationem habet: Primo enim idem significat quod *Plerumque*, quo sensu à Sententiis Doctorum *communiter* receptis, non recedendum esse, Baldus in cap. *cum innitatis* §. num. 8. X. de *Constit.* Decian. *Consil.* 518, num. 3. in *fin.* Panormit. in cap. *ex Liberis* 7. X. de *Sponsalib.* num. 2. Richter *Part. 1. Decis.* 69. Num. 31. Sichard ad l. 9. C. de *Jur. Delib.* num. 9. arg. l. *un. verb. sane crebrior* &c. ff. de



*de Offic. Quæst.* aliique monent. *Secundo* idem quod *Publicè* notat, quo pertinet *Textus* in *L. unic. C. de Caduc. tollend.* ubi quod *Communiter* h. e. *Publicè* omnibus prodest, etiam privatæ Principis utilitati dicitur præferendum esse. *Tertio* respectum aliquem ad *Communione & Societatem* habet, hinc *Ulpianus* in *l. 31. ff. Pro Socio* ait: *Communiter* agi potest etiam citra *Societatem*, ut puta cum non affectione Societatis incidimus in *communione*, ut evenit in re duobus legata: Item si à duobus simul empta res sit: aut si hereditas vel donatio communiter nobis obvenit. Et idem *J. C. t.* in *l. 32. eod. tit.* Cum tractatu habito Societas coita est, pro Socio actio est, cum sine tractatu, in re ipsa & negotium *communiter* gestum videtur, id est, quando sine tractatu habito Societas coita non est, tunc in *communione* negotium gestum esse videtur: Quæ acceptio hujus quoque loci est, indeque in *L. 1. Cod. Theodof. Si Petit. Soc.* legitur, qui *communi nomine donatum aliquid impetraverunt*, & in *L. 2. eod. qui communiter junctisque nominibus* poposcerunt.

§. 3.

Sequitur in *Textu*: *Nullò herede relicto decesserit.* Quid nomen heredis alias notet, in vulgus quidem notum est, *Succefforem* nempe in univèrsum *Jus*, quod defunctus habuit, sive nunc ille ex testamento, sive ab intestato, per *successionem* quamvis longissimam (uti dicitur in *l. 194. ff. de R. J.*) heres  
C
sive

sive Civilis sive Prætorius existat, vid. *L. Heredis* 65. *L. sciendum.* 70. & *L. Heredis* 170. *ff. de Verb. Signif.* Num vero in hac acceptione generali etiam in præsentī Lege sumatur, an vero ad liberos saltem pertineat, sitque horum verborum hic sensus, *si nullis liberis relictis decesserit*, dubia omnino, & non parum agitata quaestio est: Ego tam generaliter nomen illud hic non accipi, sed per Heredes, præter testamentarios, *liberos* saltem intelligi, salvâ aliorum sententiâ, arbitror. Cum enim alias quoque Heredum nomine *κατ' ἑξῆς* soli liberi veniant, & conditio, *Si sine herede defecerit*, de liberis intelligenda sit, arg. *l. ex facto* 17. *Sult. ff. ad Sctum Trebell.* adeo ut hanc conclusionem, *In conditionibus heredum mentionem pro heredibus sanguinis h. e. descendantibus accipi, ita ut alii conjuncti vel heredes extranei non contineantur*, Jurisconsulti firmissimam pronuncient ap. B. Cancell. Taborem *in Resp.* III. *post Tract. de Substitution.* Peregrin. *Tract. de Fidei-sonm. Art. 32. num. 37.* Mantic. *de Conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 31.* Brunneman. *ad dict. l. 17. ff. ad Sct. Trebell. num. 14.* cur ab excellentiori hac significatione in præsentiarum recedendum sit, rationem sufficientem non video, juvat quoque, imo probat hanc explicationem Textus supra relatus in *L. 1. Cod. Theodos. Si Petit. Soc. sine herede defec.* Ubi CONSTANTINUS Imperator ait: *Placet non ad extraneam quamcunque personam, sed ad Socium vel Consortem pervenire portionem illius qui intestatus aut sine liberis diem defunctus est.* Quem subdita vetus interpre-

terpretatio (sive Aniani sive cuiusque alterius Jcti fit) his verbis illustrat: *Si aliquis ex his mortuus fuerit ad quos nominatim munificentia nostra processit, & nec testamentum fecisse, nec filios reliquisse cognoscitur, placet, ut portionem ejus, is cum quo pariter defunctus accepit, id est, Socius ejus acquirat: merito enim Socius præfertur, ubi filii nulla persona intervenisse cognoscitur.* Accedit & ratio, quoniam plenissime Palatinis suis, qui familiarius circa ipsos versabantur, prospicere voluerunt Principes, quod vero non factum, si demum nullo cognato existente, Socium Liberalitatis voluerunt admitti, cum, ut Successio legitima in totum deficiat, casus rarissimus sit, dum etiam qui ultra decimum gradum (utut Carpzovius *Jurispr. Forens. Part. 3. Const. 18. def. 31.* Mevius ad *Jus Lubec. lib. 2. tit. 2. art. 1. num. 84.* Rittershus. ad *Novell. Part. 7. cap. 13. num. 18.* Sixtin. de *Regal. lib. 1. cap. 3. num. 29.* aliique, maximè per *J. fin. Inst. de Success. cognat. dissidentiant*) defuncto fuerunt conjuncti, ab intestato jus habeant succedendi: arg. *Novell. 118. cap. 3. in fin. verb. omnes deinceps, L. 2. §. 1. ibi: in infinitum. ff. de Suis & Legit. Hered. §. 3. Inst. de Legit. Agnat. Success. §. fin. de Servil. cognat. Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 38. thes. 36.* Arum. *Exerc. II. thes. 13.* Sutholt. *Dissert. II. aphor. 74.* Ludwell. ad *Wesemb. tit. Unde Legitimi num. 1.* Perez. ad *tit. Cod. de Legitim. Hered. num. 10.* Mejer *Coll. Arg. lib. 38. tit. 7. thes. 17.* quod si itaque beneficia Imperatorum, quæ à divina ipsorum

(uti Javolonus in l. 3. ff. de Constit. Princ. loquitur) indulgentia proficiscuntur, quam plenissime interpretari convenit, nec hic restrictivam interpretationem contra mentem Imperatorum amplecti, æquum est.

§. 4.

Dictis non obstat, quod præfata verba, *nullo herede relicto*, nimis generalia sint: enimvero ex dict. L. 1. Cod. Theodos. dict. tit. illa explicanda, & ad liberos vel heredes testamentarios restringenda sunt, cum non sit verisimile, CONSTANTIIUM Imp. Jus Patris CONSTANTINI corrigere, & datum à Patre, Liberalitatis Imperialis Socio, beneficium coarctare voluisse, jura enim Juribus concordanda sunt, & mutatio non præsumitur, arg. L. 32. in fin. Cod. de Appellat. L. 27. Cod. de Testam. Tabor ad Barbos lib. II. cap. 60. axiom. 7. sed & sequentia verba, Textus, quibus ad Confortem potius, quam ad *Personam aliam*, partem decedentis pervenire Imperator jubet, hanc sententiam comprobant: hæc enim fere inania erunt, si post omnes ab intestato successuros, Socius demum admittendus est, & minus congrue *personam aliam* CONSTANTIIUS dixisset, si solum Fiscum intellexisset: Itaque quemadmodum CONSTANTINUS *extraneam quamcunque personam*. h. e. quæ non testamento instituta, nec ex liberorum numero est, per Confortem Liberalitatis excludi voluit, in dict. l. 1. C. Theod. d. t. ita eandem mentem CONSTANTII Imp. fuisse, dicendum

dum est, dum ad Confortem potius quam ad *personam aliam* partem decedentis pervenire constituit. Neque etiam huic sententiæ Libri βασιλικῶν repugnant, in quibus ita legitur: εἰαν δυοῖ τισίν ὁ βασιλεὺς διαθήσεται πρᾶγματᾶ ἢ δὲ εἰς ἕξ αὐτῶν ἀκληρονόμητος τελευτήσῃ τὸ μέρος αὐτῶ τῶν ἑτέρω προστίθεται: Siquidem vox ἀκληρονόμητος non omnes omnino heredes deficere debere præcise innuit, cum & ille ἀκληρονόμητος recte dicatur, qui herede testamentario, vel liberis heredibus destitutus est.

§. 5.

Illud verò de nihilo foret, si quis & hoc objiceret, quod interpretatio nostra, maximè Textu L. I. Codicis Theodosiani nitatur, quo tamen uti Imperator Justinianus prohibuit in Constit. de justiniano Codice confirmando §. tunc igitur 3. ibi: Nullatenus licere de cætero Constitutiones ex veteribus tribus Codicibus &c. Nam hoc eo saltem pertinet, ne quis Codice Theodosiano ad Correctionem Codicis Justiniani utatur, quod verò ad Illustrationem & Emendationem Legis quæ in Codice Justiniano extat, ad Theodosianum Codicem recurrere non liceat, id minimè inde sequitur. Quamvis enim & hoc nonnulli improbent, quos allegat Lauterb. in Colleg. Ther. Pract. ad Pand. Prolegom. §. 5. longe tamen rectius hac de re judicat jam antea prælaudatus Antonius Marvillius, Antecessor dum viveret in Primicerius in Universitate Valentina in Præfat. de

C 3

Com-

*Commendat. Cod. Theodos. ac de eius Ordinatione ad  
 usum Codicis Justiniani*, ubi inter alia ita loquitur:  
 „Fateri omnes necesse habent, cum ad eas leges quæ  
 „à Justiniano, sive latæ, sive interpolatæ sunt, ventum  
 „est, aliis extrinsecus eas egere subsidiis, ut in bono lu-  
 „mine collocentur, atque à pravis interpretationibus  
 „mox & applicationibus, quæ totum jus fœdarunt, vin-  
 „dicentur. Quod utique haud aliter fieri fermè po-  
 „test, quam in consilium adhibitis iis ipsis, quæ Justi-  
 „niani autoritate, vel in totum rejectæ, vel ex parte  
 „tantum retentæ fuerunt: Earum inter se quippe col-  
 „latione de Justiniani primum ipsius mente iudicium fi-  
 „eri facile potest: quid aut quo sine ab eo mutatum,  
 „additum, detractum fuerit: quis obscurarum, vel mu-  
 „tilatarum sæpe Constitutionum sensus sit: etiam ipsis  
 „Legibus authenticis, unde illæ translatae sunt, inspe-  
 „ctis & coassatis rursus aliis, quæ inter se olim cohæse-  
 „rant, vel denique aliis eodem & ad eandem finem  
 „spectantibus, collatis etiam semiplenis similibus & con-  
 „trariis. Has vero utilitates omnes, seu commoda e-  
 „gregie præstat Codici Justiniano nobilissimus hic o-  
 „mnium Codex THEODOSIANUS &c., Et quid  
 „mirum est in Codice Justiniano sæpe ad Theodosianum  
 „recurrendum esse? nam mille fermè Constitutiones ex  
 „Theodosiano in Justinianeum translatas numerare licet;  
 „quas si quis cum iis, ut Theodosiano Codice posita sunt  
 „conferat vel componat, eas sive differentias sive diffi-  
 „cultates & obscuritates notare licet, ut nisi in subsidium  
 Theo-

Theodosianus vocetur , conciliari omnia & rectè intelligi vix queant , cum , Judice Marvillio *cit. loc.* nulla pene lex sit de earum numero , ubi non Tribonianus securim admoverit . Atque hanc Legis nostræ sententiam & interpretationem defendunt Anton. Perezius *ad rit. Cod. Si Liberalit. Imp. Soc. num. 12.* Jacob. Gotofred. *ad Cod. Theod. Si Petit. Soc. sine herede defec.* Contrarium tuentur , & solum Fiscum , non alios qui ab intestato succedere solent , per Socium Liberalitatis excludi statuunt , Brunnem. *ad L. un. Cod. Si Liberalit. Imp. Soc. sine hered.* Stryckius *de Success. ab Intest. Dissert. 5. c. 1. §. 29.* Ipseque Doctissimus Jac. Cuiacius in *Jurisconsultorum Republica* ( B. Dn. Joh. Strauchii Cancellarii Academia hujus judicio , in *Amœnitatibus Jur. Canon. Semestr. 2. Ecclog. 7. Cap. 8. num. 1.* ) Consul sine collega *ad Cod. Lib. 10. Tit. 14.* ubi hanc Textui summam subjecit : *Consors consorti in eo quod donatum est, sine Competitione succedit, excluso Fisco, quod etiam in Naviculariis, Decurionibus, Cohortalibus, Militibus, Fabricensibus, Clericis, locum obtinet.*

§. 6.

Circa verbum , *decesserit* , nulla difficultas est , dum mors Socii innuitur , quemadmodum enim decedere est proprie à mandata functione recedere , ut Consules Provincia decedere solebant , quo pertinet *l. pen. Cod. de Privil. eor. qui in Sacr. Palat. milit.* ita quoque

in jure *decedere* simpliciter pro *mori* sumitur, tanquam de gubernatione corporis *cedere*. l. 26. ff. de *Recept. Arbitr.* l. 4. ff. qui *Satisd. cog.* l. 1. §. *Et eum* ff. Si *quadrup. paup. fec.* l. 10. §. *ult.* ff. *Quib. mod. usufr. amitt.* l. 65. §. 1. ff. de *Leg. 1.* l. 70. §. *ult.* ff. ff. de *Usufr.* alias *vita decedere* legitur in l. 32. §. *si ambo* 14. ff. de *Donat. int. vir. & uxor.*

§. 7.

Porro in Textu legitur: *Ad Consortem potius Solatium*: per *Consortem*, Socium intelligi vox quæ præcessit *communiter*, innuit. *Consortes enim* idem quod *particeps* est, eum *Mittgenoss* / hinc in *L. 1. Cod. Theodos. Si Petit. Soc.* Socius & *Consortes* junguntur, ibi: *ad Socium vel Consortem &c.* itaque *participem* dominii hic notat, quo sensu in *l. Dudum. 14. C. de Contrab. emt.* accipitur, ubi *Dyonis. Gotofred.* ad *verbum Consortibus* ait: *Consortes dicti qui eundem agrum sortiti, eundem postea regionibus dividerunt.* Nec ab hac acceptione alienus est *Titulus Cod. Justin. de Consortibus litis*: *Alias Consortes* ejusdem fortunæ & conditionis in omni re & negotio *participem* denotat, qua ratione in libris *Feudorum Dominus & Vasallus Consortes* dicuntur, quos alibi *Conjuges* *Feudista* vocat 2. *Feud. 58.* quemadmodum *relicte ipsos conjuges, omnis vitæ Consortes esse* dicimus,

cura



eum Modestino in l. 1. ff. de Rit. Nupt. add. l. ult. Cod. de Serv. fugat.

§. 7.

Vox *Solatii* quidem Consolationem plerumque sive παράκλησιν in rebus adversis, & ubi luctus est, notare solet; quo sensu foeminas ad *Solatum* liberorum amissorum adoptare posse dicitur, in §. 10. *Inst. de Adopt.* & Cicero in *Orat. pro Archia* ait, *Studia secundas res ornant, adversis perfugium ac Solatium praebent*: quandoque tamen in jure generaliter pro qualicumque oblectamento, commodo, & emolumento accipitur: qua ratione Ulpianus, domino in cujus fundo quis lapides excidit, solitum *Solatum* praestari jubet, in l. *Venditor* 13. §. 1. ff. *Commun. praed.* & ipsa publicorum munerum, ac militiarum *Salaria* Imperatores *Solatia* appellarunt, in l. 15. *ibi: totius anni Solatia*, Cod. de *Advocat. divers. judic.* l. 3. in *princ. ibi: & Solatia sibi communi consensu deputata* &c. it. in l. 5. & 6. Cod. de *Advocat. divers. judicium.* l. 2. *verb. quae Solatio egere constiterit.* Cod. de *Præd. Decur.* l. 3. *verb. super/lites potiantur Solatiis.* Cod. de *Agent. in reb.* l. ult. *verb. quaecumque Solatorum seu emolumentorum vel donationum* &c. Cod. de *Silentiar.* Inde *Solatia* annonarum in l. un. Cod. de *Annon.* & *Capit.* & beneficia quae officio exeuntibus praestabantur *Solatia* Imperatores dicebant, in l. *penult. verb. ut circumventionem damnata prolixia stipendia sive debita Solatia consequantur.* Cod. *Theod. de Palatin. Sacr. largit.* &

D

rec.

*per. privat.* quæ generalior, *Solatii*, pro qualicumque commodo, acceptio, etiam hujus loci est, & si ad priorem & nativam *Solatii* significationem respicere luceat, deficientis portionem ideo forte *Solatum* Imperator vocat, quod consorti, altero sine herede defuncto, *Solatii* cujusdam loco tribuatur, quod ab initio, propter concursum, solidam (quam intenderat) donationem, nactus non fuerit.

## §. 8.

Porro in Textu legitur: *Quam ad personam aliam*: Quam aliam personam Imperator intelligat, jam §. IV. dictum, scilicet, quæcunque nec testamento instituta, nec ex liberis defuncti Socii est. Omnibus enim qualibuscunque personis, quas nec heredes instituit, qui Liberalitatem Imperatoriam percepit, nec ex ipsius liberis sunt, licet alias successuri ab intestato fuissent, Socium Liberalitatis Imperator præferre voluit. Scilicet quia ejusmodi personæ, respectu testamentariorum heredum, & liberorum Socii, pro personis extraneis habentur, prout quoque in l. 1. *Cod. Theodos. d. t.* legitur, ibi: *non ad extraneam quamcunque personam*, & qui sine liberis decedit, *Alieno Herede mori dicitur in l. 17. §. ult. ff. ad Senatusc. Trebell.*

Tandem in fine Textus dicitur: *Pars decedentis perveniat*: Quid per partem decedentis intelligat Imperator, non obscurum est, scilicet partem rei defuncto, & superstiti Socio donatæ: itaque non ad omnia defuncti bona, sed ad partem saltem rei donatæ, Socium Imperator vocat: & minime ferendi sunt, qui Socium in omnibus Consortis bonis, excluso Fisco, admittendum esse, statuunt: Enim vero si Fiscus cum Socio Liberalitatis Imperatoriæ, in Successione Consortis, cujus bona forte vacantia sunt, concurrat, in re quidem donata Socius succedet solus, aut vacantem hereditatem reliquam Fiscus capiet, ut recte docent B. Stryckius *de Success. ab Intell. Diss. 5. cap. 1. §. 31.* & Jacobus Gotofred. *ad Cod. Theodos. Si Petit. Socius &c.* Brunnem. *ad Dict. Lun. Cod. d. t.* Peregrin. *de Jure Fisc. Lib. 4. Tit. 3. Num. 8.* Nec obstat, quod qui heres est, in omne jus defuncti succedere soleat: Socium enim in parte, quæ per mortem Socii speciali Privilegio ipsi accrevit, verè heredem esse, nondum ostensum est, nec absonans à juris ratione est, ut ob diversam bonorum qualitatem, alii quandoque in his, alii in illis succedant, uti non saltem, si cum allodialibus feudalia bona defunctus reliquit, sed etiam ex concursu fratrum consanguineorum & uterinorum, ubi paterna paternis, materna maternis cedunt, manifestum est. *Vid. L. De emancipatis 13. §. 2. Cod. de Legitim. hered. Struv. Sym.*

*Jur. Civ. Exerc. 38. th. 35. Brunnem. ad L. 13. Cod. de Legit. Hered. Perez ad Cod. de Legit. Hered. num. 4. Carpz. Jurispr. For. P. 3. Const. 14. Def. 3. Francisc. de Barrii de Success. Lib. 18. Tit. 3. num. 4. Itaque rectè se habet præjudicium apud Ambrosium Scurerium Tract. de Hereditatibus ab Intest. Tit. 16. Limit. 2. ibi: Hat die Kåyserliche Majestät zweyen miteinander eine Gabe gethan / und folgendes der eine ohne rechtmäßige Erben ohne Testament Todes verschieden / so erbet ihn in berührter Kåyserlicher Gabe ( non in omnibus defuncti Socii bonis ) der andere so noch am Leben / vor der Kåyserlichen Majestät / oder anderer Oberkeit bittlich / von Rechtswegen.*

§. 9.

Quid verbum *Perveniat*, quod ultimum in Textu est, velit, difficultate caret, idem namque quod acquiri debeat, innuit: quare procul dubio erronea, quam Bellonius apud Jacob. Gotofred. in *Cod. Theod. d. t.* huic textui affingit, sententia est, quando non hoc lege cautum esse autumat, quod ipso jure Socio seu Consorti, pars Socii acquiri debeat, sed quod si Princeps partem Socii seu vacantem Fiscoque devolutam alicui concedere velit, debeat potius concedere Socio quam extraneo: Enimverò si acquisitio partis quam Socius defunctus habuit, in suspenso est, nec prius acquiritur superstiti, quam si à Principe fuerit noviter concessa, cur dispositive Imperator, quod pervenire portio deficiens debeat, locutus est? Sane enim

*Pervenire*

*Pervenire cum affectu accipiendum esse, Ulpianus monet in l. 164. ff. de Verb. Signif. quemadmodum & verbum Revertatur, quod huic affine est, hanc quoque efficaciam, in hac ipsâ liberalitatis seu donationis materia, notat, in L. Si unquam 8. Cod. de Revocand. Donation. & dominium rei ante donata, ad donatorem ipso jure reverti, significat, ut rei vindicatione experiri liceat, ceu rectè docet Struvius Syntagm. Jur. Civ. ad Tit. de Donation. thes. 16. unde sententiam hanc Bellonii inanissimam, & adversus apertissimam legis dispositionem esse, rectè Jacobus Gotofredus cit. loc. pronunciat.*



CAPUT IV.

*Partitionem Textus, Summam, Casum, & <sup>Arturoylos</sup> continet.*

SUMMARIA.

*Divisio Textus bimembris. Summa Legis vulgaris, & genuina. Casus à Brunnemanno propositus. Vera Casus figuratio. Deciditur casus, remotis Rationibus dubitandi. Veram decidendi rationem,*

D 3

*specialem*



*specialem Imperialium Liberalitatum naturam esse. Decisionem Legis ex vulgari jure Accrescendi male sumi, ostenditur.*

## §. 1.

EXpositis verbis Textus, ad reliqua quæ Methodus Resolutionis postulat, accedendum est: Dividi comode lex potest in duas partes, quarum prima Factum, altera Jus continet: Prima his verbis: *Si quis forte ex his, quibus communiter à Nobis aliquid donatum sit, nullo herede relicto deceaserit.* Altera sequentibus absolvitur: *Jubemus, ut ad Consortem potius Solatium, quam ad personam aliam, pars decedentis perveniat.*

## §. 2.

*Summam non nulli hanc ex Textu conficiunt, Socium in bonis Socii absque legitimo herede Socii decedentis, præferri Fisco: sed imperfectam hanc esse, evincunt, quæ in præcedentibus dicta sunt; Non enim Fisco saltem, sed aliis quibuscunque heredibus legitimis (solis liberis exceptis) imo & viro & uxori, Socius præfertur, nec in omnibus Socii bonis, sed in parte saltem rei donatæ succedit. Minus hæc Textui respondet quam præfatus*

fatus Bellonius eidem affingit, sententia, *Si Princeps partem Socii cum vacantem Fisco, devolutam alicui concedere velit, Socio potius quam extraneo concedere debere*: hanc enim absonam esse, & ipsi literæ Textus repugnare, ante ostensum est: Scilicet hæc summa est, & verbis & menti Imperatorum CONSTANTINI & CONSTANTII conveniens: *Si duobus quid à Principe donatum sit, & unus sine liberis ac intestatus decedat, pars decedentis Socio, exclusis omnibus ad quos alias ab intestato perventura erat, acquiritur*:

§. 3.

Casum Legis hunc format Brunnemannus ad *L. un. Cod. h. t. Donaverat Imperator rem Fisco delatam proprio motu duobus Aulicis, unus decedit, nullo herede relicto, queritur, An decedentis pars Fisco acquiratur, ut vacans, an vero condonatario accedat?* Sed quia in materia præsentis perinde est, proprio motu Imperator an *imploratus* donaverit, cum non omnes Petitiones sublatae sint, nec requiratur, ut Socius nullo plane herede relicto decesserit, sed satis sit, ipsum intestatum ac sine liberis fuisse defunctum, Speciem facti hanc formare libet: *Titio & Sempronio Princeps ex patrimonio suo bona quædam conjunctim donavit, Titius sine liberis & intestatus decessit: Queritur quis Titio in bonis à Principe donatis succedat?*

§. 4.

S. 4.

Jam videri poterat juxta legitimæ Successionis ordinem in *Novell. 118. Cap. 2. & 3.* Titii parentes, si quos reliquit, aut iis deficientibus cognatos, aut si nec hi adsint, ex beneficio Prætoris, conjugem Titii, & si neconjux existat, Filium in omnibus Titii bonis, adeoque etiam rebus à Principe donatis, succedere, quoniam qui ab intestato succedunt, ex asse heredes sunt, & dum hereditatem adeunt, individuitatem quandam adeunt, & defunctum repræsentant, qui vivere per heredes fingitur, uti nunc persona defuncti, ita quoque hereditas ejus, quæ ipsum repræsentat, individua est, §. *Servus etiam 4. Inst. de Hered. Instit. L. 24. ff. de V. S.* & quemadmodum absolum foret, quem pro parte saltem per heredem in rerum natura esse, sic quoque ut quis in aliquibus non sit, ratio juris non patitur, sed tota hereditas, non pars saltem, aut ad eunda aut repudianda sit, adeo ut si ex pluribus legitimis heredibus, quidam omiserint adire hereditatem, vel morte vel qua alia ratione impediti fuerint, quominus adeant, reliquis qui adierint, accrescat illorum portio, & licet deceßerint antequam accresceret, hoc jus ad heredes eorum pertinet, uti loquitur Jctus Marcianus in *L. Si ex pluribus 9. ff. de Suis & Legit. hered. add. L. un. §. 10. Cod. de Caduc. toll.* Lauterbach *Coll. Theor. Pract. Tit. de Legat. §. 62.* Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 34. th. 36.* Sed his non obstantibus, si Liberalitatis Imperialis Socius sine Liberis

&



& Intestatus decesserit, partem quam in re donatâ habuit, non ad eos qui ab intestato succedunt, Parentes, Cognatos, Conjugem, Fiscum, sed ad superstitem Condonatarium pertinere, Lege nostrâ sancitum est.

§. 5.  
Ratio, cur deficientis partem, non ad heredes ab intestato, qui in bonis reliquis succedunt, pervenire, sed Liberalitatis Socio accrescere Lex velit, cum tamen in privatorum donationibus, secus sit, in speciali donationum quæ à supremo Principe posciscuntur, naturâ residet: Uti enim Imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet Principum Liberalitates culmen habere præcipuum, prout ipse Justinianus ratiocinatur in *L. 7. Cod. de Bon. quæ lib.* Itaque sicut donatio Imperialis quantæcunque summæ sit, insinuatione non eget, *L. Sancimus 34. Cod. de Donat.* quia temerarium foret, Principis Liberalitatem astutâ interpretatione, non ad augmentum, sed ad diminutionem convertere, prout loquitur Anastasius Imperator in *l. Hac saluberrima. fin. Cod. de Præpos. Agent. in Reb. & quemadmodum Imperialis donatio, pleno jure, contra communes regulas, donatario in sacris paternis constituto, acquiritur, ut usum fructum, patriæ potestatis prætextu, pater, avus, vel proavus, sibi vindicare nequeat, dicta *L. Cum multa. 7. Cod. de Bon. quæ lib.* sic hac quoque prærogativa Imperialem Donationem ornari placuit, ut si communiter ejusdem rei donatio duobus facta, & unus intestatus ac sine liberis decederet, portio  
E hujus*

hujus non ad heredes ab intestato, aut iis deficientibus Eiscum, sed Socium Liberalitatis pervenire debeat, atque adeo hac quoque ratione manifestum evadat, quod Javolenus in *l. 3. ff. de Constit. Princip.* ait: Beneficium Imperatoris quod à divina eius indulgentia profiscitur, quam plenissime interpretandum esse. Neque etiam æquitate destituitur constitutio, nam dum plures à Principe eadem donatione comprehensi, per concursum partes faciunt, qui utique, nisi concurrissent, uni solidum Princeps donaturus fuisset, merito deficientis portio superstiti potius, in solatium præteriti concursus, quam extraneæ cuidam personæ obvenit, quorsum etiam ratio veteris interpretationis, quæ *legi 1. Cod. Theod. Si Petit. Soc.* subiecta, respicere videtur, *Merito enim Socius præfertur, ubi filii nulla persona intervenisse cognoscitur.* Itaque non obstant, quæ in contrarium, per Rationes Dubitandi, de individuitate hereditatis fuerunt prolata, siquidem has subtilitatum regulas, cæteroquin verissimas, in Liberalitatibus suis attendi noluerunt Imperatores, sed ut culmen haberent præcipuum (uti in *d. l. 7. C. de Bon. quæ lib.* dicitur) enixe voluerunt.

## §. 6.

Atque ex his constare arbitror, minus apte Decisionem Legis ex vulgari jure accrescendi ab Interpretibus nonnullis deduci: Nam jus illud ex veriori sententia, in ultimis voluntatibus unice, non pactis & contractibus, quorsum donationes quoque pertinent, obtinet, &

& hoc fundamento posito, idem plane in donatione à privato duobus facta, jus foret, cum tamen quid speciale in Donationis Imperialis Socio sancire voluissent Principes, certo certius sit: Scilicet privatorum donationes stricte interpretandas esse ratio naturalis dicitur, arg. l. 25. ff. de Probat. Andr. Scheff *Quæst. Pract.* p. 2. qu. 3. n. 299. & seqq. sed Principales Liberalitates largè admodum, imo plenissime explicari, ipsimet Principes præceperunt. *L. Beneficium 4. ff. de Constit. Princ. L. Cum multa. 7. Cod. de Bon. que lib. L. Sancimus. 34. Cod. de Donat.* Hilliger ad Donell. lib. 7. cap. 12. *Lit. L. Brunnem. ad. L. unic. Cod. Si Liberalit. Imp. Sor. Carpzov. Decif. Illustr. P. 2. Dec. 134.* ubi quod de Donationibus Privatorum jamjam dictum, præjudicio firmat, ibi: Ob nun wohl die sämtliche Geschwister uno & eodem Donationis Instrumento begriffen / und ihnen conjunctim die Summa Geldes geschencket worden / dahero es das Ansehen gewinnen möchte / daß ex jure accrescendi die vacirende Antheile ihnen gebühreten. Dieweil aber dem noch das Jus accrescendi in Donatione inter vivos nicht statt hat / so haben auch die andern Geschwister derselben Antheil sich nicht anzumassen / sondern solche bleiben der Stieff Mutter Erben billich / D. R. W.



## CAPUT V.

*Ampliationes Textus exhibet.*

## SUMMARIA.

*Locum Legem Unicam etiam tum habere, quando (1.) Socius Liberalitatis Imperatorie (saltem civiliter) decessit. Nec (2.) minus si Socius partem suam repudiavit. Item (3.) Si non ab Imperatore, sed à Principe Imperii duobus Donatio facta. Principum, Comitumque Imperii, tum inter viros, tum ultimarum voluntatum, actus, ad Juris Civilis normam exigi. In iustam enim que ad Dignitatem & Eminentiam Persona respiciunt, Principes proximè Casarem attingere. Quacumq;*

cunq; de Imperialibus Donationibus jure Romano cautae sunt, etiam ad Principum ac Statuum imperii Liberalitates spectare. Nihil (4.) quo ad Legem unicam interesse, ipse Princeps, an Antecessor, Donationem fecerit. Successorem in Territorio, Antecessoris sui facta prestare teneri. Evincitur. (5.) Et Prajudicium firmatur, Dispositioni Legis locum etiam esse, si Feudum Princeps duobus donavisset. Sive motu proprio sive ad instantiam concessisset Feudum. Socium (6.) in parte deficientis succedere, contra Jacobum Gotofredum, defenditur, etiam si bonis deficientis jam incorporata, Et ab ipso acquisita fuerit.

§. I.

Sic mente Legis & ratione satis perspecta, de Ampliationibus quoque ejus dispiciendum est: Et Primo etiam tum Legem habere locum arbitror, si non quidem naturaliter, civiliter tamen Liberalitatis Imperialis Socius decesserit. Aequè enim, maximam aut mediam

diam capitis deminutionem passi, deficere, ac *interire* dicuntur, ac qui vitam naturalem cum morte commutarunt, *l. Verbum 63. §. pen. ff. pro Socio*. Hinc diferte *Mortuorum* loco habentur. *l. i. §. pen. ff. de Bon. poss. contr. tab.* & quæ de mortuis jura tradunt, ad illos regulariter applicanda sunt. Itaque si vel deportatus, vel in Bannum Imperii unus ex donatariis inciderit, pars rei donatæ non Fisco, cujus lucro bannitorum bona cedunt, sed Socio accrescet. Nam dum Fisco Socium præferri voluerunt Principes, ubi Condonatarius morte defunctus fuerit, cur non idem, si civiliter perisset, voluerint, ratio nulla excogitari potest.

## §. 2.

Habet *Secundò* lex quoque locum, si Liberalitatis Imperialis Socius nec naturaliter nec civiliter decessit, sed tamen partem sibi donatam repudiaverit, quemadmodum rectè Brunnemannus *ad l. Un. C. d. t.* docet: Nam dum conjunxit donatarios Imperator, repudiantis partem ad agnoscentem Collegam potius, quam personam aliam, ex conjecturatâ Imperatoris voluntate, ad exemplum eorum, qui in re legata sunt conjuncti, non secus ac si repudians decessisset, pertinere dicendum est. Siquidem ubi de jure accrescendi quaestio est, sive unus conjunctorum partem suam spreverit, sive

five decesserit, perinde est: *§. Si eadem d. verb. aut spre-*  
*verit legatum aut decesserit. Inst. de leg. l. 1. §. 1. verb.*  
*an altero repudiante vel amittente usum fructum alter*  
*totum habeat, & putat ad alterum pertinere. ff. de*  
*Usufruct. Accresc. & d. l. 1. §. interdum 3. ibi: Alte-*  
*ro repudiante, alter totum fundum haberet. ff. dict. tit.*

§. 3.

Sed et si *Tertiò* non ab Imperatore sed Principe  
 aliquo Imperii, duobus Donatio facta fuerit, unusque  
 ex illis decesserit, Legis hujus decisio obtinebit: Nam  
 quanquam ab Imperatore ad Principem Comitumq; Im-  
 perii non omnino argumentari liceat, cum Imperatoris  
 actus juxta merum Jus Gentium æstimentur, B. Cancell.  
 Gotofred. Antoni *Dissert. de Potestate Imperat. Rom.*  
*Germ. Legibus soluta, per tot. Principum vero Imperii,*  
*Comuni, quod in Imperio viget, Jure regantur, indeq; cau-*  
*sa Principum Comitumq; Imperii qualescunque ( non*  
*secus ac privatorum ) five inter vivos, five ultimarum*  
*voluntatum, ad juris Civilis normam, veluti amissim,*  
*uti loquitur B. Assessor Camera Dn. ab Eyben in Dissert.*  
*de Testam. Principis vel Comitit S. R. I. th. 18. num. 1.*  
*seqq. exigantur, atque secundum eam efformatã sen-*  
*tentia, in Summis Imperii Tribunalibus decidi ac ter-*  
*minari soleant, prout quemlibet, non saltẽ publici*  
*& expressi juris autoritas, in Ordin. Camer. Part. 1. Tit.*

13. Ordin. Judicii Aul. Imp. Ferdinandi III. de Anno 1654. tit. 2. tit. 5. & in fin. sub Rubr. juramentum des Reichs Hoffraths / sed & quotidiana experientia, totque Relationum, Votorum, Decisionum, & Observationum Cameralium volumina edocere possunt, quod etiam confirmant D. à Seckendorff im teutscher Fürstent Staat Part. 2. Cap. 3. verb. Das; also die teutsche Landes Herrn / auch an die im Römischen Reich übliche sonderbahre Rechte und Gebräuche gewiesen sind / und darnach gerechtfertiget werden. Illustr. Dn. de Lyncker de Jur. Justin. Recept. p. 1. num. 30. B. Dn. Stryckius in Ulu Mod. Pand. Discurs. prælim. §. 40. & 41. Rhetius Inst. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 1. §. 71. Ex quo donatio Principis, pro donatione alicujus privati (in qua Legem nostram non habere locum supra dictum est) videri poterat: Sed quoniam quæ Dignitatem & Eminentiam personæ respiciunt, prope Cæsarem attingunt Principes, ipsaq; Majestas Cæsarea Illustrissimas Principum personas, à privatorum sorte longe separat, merito Doctores quæ de Imperialibus Donationibus jura statuunt, ad Principum & Statuum Imperii Liberalitates applicant. Ira enim, licet Donationes inter conjuges privatos prohibita sint, tot. tit. ff. & Cod. de Donat. inter vir. & uxor. tamen donationem Principis Imperii, quam in Uxorem Illustrẽ confert, omnino valere, arg. L. pen. Cod. de Donat. Int. vir & uxor. docent J Cti Argentoratenses vol. 2. Consil. 2. quæst. 2. n.



48. & mult. seqq. ubi in terminis Comitibus alicuius Imperii tandem num. 62. ita concludunt: Aus diesen Rechtssprüchen ist lauter zu vermercken/dass Graff N. N. als ein freyer Graffe/so dem Heiligen Reich ohne Mittel zugethan gewesen / seiner geliebten Ehegemahlinn von wegen bewiesener Treue / Liebe und Freundschaft wohl hat danckbahrlich begaben mögen: Illustr. Dn. Coccejus *Juris Publ. Prud. cap. 29. §. 4.* Mylerus *de Princip. & Stat. Imper. cap. 27. §. 3.* & in *Gamolog. cap. 7. num. 13.* Gail. *lib. 2. Observ. 38. num. 53.* Petr. Peck. *de Testam. Conjug. 3. cap. 36.* Donationem Principis cuicumque factam, et si quingentos solidos excedat, insinuatione, quam L. *Sancimus 34. & Auth. seqq. Cod. de Donat.* requirit, non egere, Rhetius *Instit. Jur. Publ. lib. 2. tit. 31. §. 1.* Coccejus *cit. loc. Lauterb. Coll. Theor. Pract. Tit. de Donat. §. 16.* Coll. Jur. Arg. *Tit. de Donat. ib. 14.* Tabor *de Donat. §. 29.* Myler *de Princip. & Stat. Imper. cap. 27. §. 8.* Carpzov. *Jurispr. For. P. 2. Const. 12. Defin. 16.* Knipschild *de Nobilit. lib. 2. cap. 2. num. 6.* & *de Fideicomun. Famil. cap. 6. num. 65. seqq.* quæ à Principe Imperii, Filio familias donata sunt, pleno jure eidem acquiri, arg. l. *Cum multa. 7. Cod. de Bon. que lib. Myler de Princip. & Stat. Imp. d. cap. 27. §. 7.* Brunnem. *ad dict. l. Cum multa. C. d. tit. Dn. Rhetius citato loco §. 2.* Jcti Argentor. *vol. 2. Conf. 2. Qu. 2. num. 38.* Tiraquell. *de Nobilit. cap. 37. num. 45.* & Principem liberis suis in potestate constitutis, valide (contra

F

L. II.

L. II. *Cod. de Donat.*) donare posse docent, Reinking  
*de Reg. Sec. & Eccles. l. i. Class. 5. cap. 6. num. 42.* Dn.  
 Coccejus *cit. loc.* Mylerus *d. cap. 27. §. 5.* Gail. *lib. 2. Ob-*  
*serv. 38. num. 16.* Petr. Peck *de Testam. Conjug. lib. 3.*  
*cap. 26. num. 4.* Quidni ergo in Principum Statuumque  
 Imperii Donationibus quoque obtineret, quod in no-  
 stra *L. un. Cod. Si Liberalit. Imp. Soc. & c.* statutum  
 est? *vid. Dn. Rhetius Inst. iur. jur. Publ. dict. Tit. 31.*  
*§. 1. & 3.* ubi bene ait, quod quemadmodum in aliis,  
 à Donationis natura, Principum & Statuum Germaniæ  
 Donationes recesserunt, sic quoque quod de Imperia-  
 li Liberalitate in *dict. L. un. Cod. Si Liberal. Imp. Socius,*  
 cautum, in Principum Donationibus locum habeat.

## §. 4.

Præterea *Quarto* parum interesse arbitror, ipse Prin-  
 cepts Imperii, an *Antecessor* ejus, Donationem duobus  
 fecerit: Itaque si unus sine liberis & intestatus decesserit,  
 portio hujus, nec ad heredes ab intestato, nec Fiscum  
 Successoris in Principatu, sed Condonatarium perti-  
 nebit: quoniam quod Antecessor, vi factæ per dona-  
 tionem alienationis, Fisco suo tribuere noluit, & non  
 potuit, nec Successorem vindicare fas erit. Territo-  
 rii enim Successor, æque jure universitatis succedit, ac  
 is qui jure hereditatis, quia territorium non modo  
 ex feudalibus, in quibus proprio jure & ex providentia  
 majorum succeditur, sed etiam allodialibus consistere  
 solet.

lolet, prout itaque heredem, *l. Cum à matre. 14. C. de Re Vind.* sic & Territorii successorem, factum defuncti præstare convenit. *Do. Rhetius Instit. Jur. Publ. lib. 2. Tit. 27. §. 2. & 3. & lib. 3. Tit. 1. §. 3. & 18. & in Comment. ad Jus Feud. Tit. 13. p. 189. & pecul. Dissert. de Transm. Territ. Germ. in Success. cap. 3. n. 18. Klockius de Contribut. c. 8. num. 78. & seqq.* ubi in genere prævaluisse tradit, successores in Ducatu, Marchionatu, Comitatu, esse potius universales quam singulares Successores, & succedere in Ducatu, cum omni sua causâ, vitiis, & qualitatibus, & quod Princeps Antecessoris sui facto contravenire non possit, sed potius quod Principatus & dignitatis suæ intuitu à Prædecesore suo gæstum est, sancte & inviolabiliter servare & custodire teneatur, sive successor sit in hereditate, sive sola dignitate Regia, omnes communiter amplecti. *Franzkius in pecul. Consil. apud Struv. Synagm. Jur. Feud. cap. 14. §. 29. Brunnem. Consil. 162. n. 840.*

§. 5.  
Sed & si Quinto duobus Feudum Princeps donavisset, uno, sine herede successionis Feudalis capace, mortuo portionem decedentis, non cum defuncto exspirasse, aut ad dominum reverti, sed ad convasallum superstitem pertinere censeo. Quamquam enim Doctores bene multi, inprimis Dyonisius Gotofredus *ad L. un. Cod. Si Liberalit. Imper. Socius &c. Lit. A.* Cynus *in eadem L.*

*unica in fin.* Paulus de Castro *Confil.* 46. *num.* 1. *lib.* 2.  
 Petrus Gudelinus *de jur. Feud.* p. 3. *cap.* 2. *num.* 7. Henr.  
 Zoefius *de Jur. Feud.* *cap.* 20. *num.* 41. Antonius Pere-  
 zius *ad tit. Cod. Si Liberalit. Imp. Socius &c.* *num.* 15.  
 frustra dictam Legem Un. ad Feuda trahi autument,  
 cur tamen Liberalitates suas ac Donationes, Principes  
 magis in Feudalibus, quam Allodialibus voluerint esse  
 restrictas, solida vix ratio afferri potest, imo vero si  
 Beneficium Principis decet esse mansurum, uti legitur  
 in *cap.* 16. *de Reg. jur. in 6.* & quam latissime Beneficia  
 adversus concedentem explicanda sunt, l. 3. *ff. de Const.*  
*Princ.* quanto magis Feudorum concessiones, quæ  
*κατ' ἐξουσίαν Beneficiorum* nomen promeruerunt, suaque  
 natura perpetua sunt, ita interpretari convenit, ut non  
 cum tempore cessent, & ad concedentem rursus rede-  
 ant, sed si duo à Principe ex Liberalitate, tanquam So-  
 cii, fuerint investiti, uno sine herede mortuo, super-  
 stes totius beneficii compos fieri debeat. Nam licet  
 Feudi societas per se jus succedendi non tribuat, hoc  
 tamen casu, ob Principis Liberalitatem æstimandam,  
 exceptionem habet, quoniam is non invitus vasallum  
 habiturus ereditur, quem gratia sua mactavit, uti bene  
 loquitur Rhetius *Comment. Jur. Feud. Lib. 1. Tit. 1. pag.*  
 97. Equidem non fugit, fundamentum dissentientes  
 in natura contractus feudalis ponere, qui utrinque ob-  
 ligatorius sit, aliaque ratio Feudi sit, quam rei libera-  
 liter donata, in qua spes nulla, vel vix ulla est, ut ad  
 donantem revertatur, & donatarius dum non habet  
 heredem

heredem ab intestato, eandem rem alteri donasse, legasse aut ultima voluntate reliquisse poterat, quod fecus est in Feudis, quæ ea intentione concedi solent, ut multis casibus, defuncto præsertim Vasallo sine Successore Feudali, ad Dominum revertantur: pro ut ratiocinantur Doctores quos allegat Rosenthal *Cap. 6. Concl. 74. lit. h.* ipseque Dyonif. Gotofredus *cit. loc.* sed cum non appareat, cur saltem ad *Simplices*, & non etiam donationes Imperiales *Ob causam dicta L. un. Cod. Si Liberalit. Imp.* applicari debeat, inque omni Feudo, ut ut utrinque obligationem patriat, Beneficium præponderet, sententiam, quam dixi non mutò, cum etiã communiorem esse deprehendam, vid. Julius Clarus §. *Feudum Qu. 77. vers. Sed certe credo.* Rosenthal *cit. loc. num. II.* Cardin. Mantic. *de Tacit. & Ambig. Convent. Lib. 23. Tit. 38. num. 95. & 60.* Michael Grassus §. *Jus Accrescendi. Qu. 33. num. 5.* Brunnemann. *ad L. un. Cod. Si Liberalit. Imper. Soc. Rhetius in Comment. ad Jus Feud. lib. 1. Tit. 1. & Inst. jur. Publ. lib. 2. Tit. 31. §. 4.* Klock *vol. 2. Consil. 24. num. 2.* Schrader *de Feudis p. 7. cap. 1. num. Aretin. Consil. 164. num. 2.* Alexand. *Consil. 30. num. 7. Tit. 1. Curt. Sen. Consil. 49. num. 50. vers. ostenditur. in fin.* Jason *in L. Si mihi & Titio. ff. de Verb. Oblig. num. 6.* Natt. *Consil. 490. num. 2. vers. Præterea videtur etiam.* Ruin. *lib. 2. Consil. 108. num. 22.* Alciat. *consil. 24. num. 5. lib. 3.* Menoch. *Consil. 60. num. 51.* Roman. *in L. un. Cod. Quomodo non petent. part. num. 38. & 41.* Parisius *vol. 4. Consil.*

*Consil. 16. num. 7. Berous Consil. 70. num. 11. & Consil. 72. num. 16. vol. 1.* Non nego, plerosque quos laudavi Doctores, de Imperatore loqui, & sententiam, ad Principes Superiorem non recognoscentes, restringere, idem tamen in Feudo à Principe Imperii duobus vel pluribus concessio, obtinere, ea quæ in preced. §. dicta sunt, ni fallor evincunt, idemque præjudicio probat Carpz. *Decis. Illustr. part. 2. Decis. 134.* ubi JCos Lipsienses ita respondisse refert: Hat P. S. à B. Anno 1616. als er die Verwilligung auff 10000. Gulden erhalten/drey Töchter gehabt / welchen damahls solche Post versprochen und verschrieben worden. Es sind aber seither demselben zwo mit Tode abgangen / also das nur noch eine einzige Tochter vorhanden / und wird demnach in Zweifel gezogen / wann der Besitzer des Lehus ohne ferner erzeugte Kinder versterben sollte / ob sich diese einzige Tochter der völligen 10000. Gulden anzumassen habe. Ob nun wohl vorgegeben werden könnte / das der beyden verstorbenen Schwestern Antheile von berührten Geldern wiederum in das Guth zurück gefallen / in Betrachtung das Ihre Churfürsil. Durchl. auff die Anzahl der dreyen Töchter ihr gnädigstes Absehen gehabt / und ihnen sammtlich nur so viel verwilliget: Die weil aber dainoch ist erwehnte Chur- und Fürsiliche Verwilligung / mit hellen und klaren Worten denen Töchtern insgesamt wiederfahren / wodurch sie Re & Verbis conjungiret / in welchem Fall aber In-

halts

halts der Rechte und derer gelehrten Meinung das  
 jus accrescendi oder vielmehr non decrescendi auch in  
 denen Fürslichen Contracten und Begnadigungen  
 Statt findet/ welchem nach keine præsumption und  
 Vermuthung den hellen Worten entgegen zuzulas-  
 sen. So ist auff begebenden Fall die einzige Toch-  
 ter/ der verwilligten Gelder/ ohne Abgang ihrer  
 verstorbenen Schwester portion, sich anzumassen  
 wohl befugt. B. R. W. Et juxta eandem senten-  
 tiam non ita pridem Facultas Juridica Academiæ hu-  
 jus, ad requisitionem *Illustriſſimorum Dnm. Co-*  
*mitum de Castell*, in puncto Feudi, quod cum  
*Illustriſſimis Dominis ac Pincernis à Limpurg,*  
*à Reverendiſſimo quodam Episcopo & S. R. I.*  
*Principe* quondam acceperunt, respondit, prout ex Se-  
 quenti Extractu ( totum enim Responsum, cum præ-  
 missa Facti specie, ejusque annexis, huc referre, non  
 esse opus arbitror ) videre est, verbis:

Wobey dann (6.) denen Herrn Graffen von Cas-  
 stell/ die communis Sententia Juris Consultorum, de  
 qua testatur

*Præf. Vol. I. Conf. 6. N. 7.*

muß zu statten kommen / quod si duobus Feudum in  
 solidum, vel sub hujusmodi qualitate, ut individuum ef-  
 fer, fuerit concessum, uno Vasallo, etiam post portio-  
 nem acquisitam deficiente, vel familia ejus extincta,  
 alteri alterius portio accrescat

Alex.

Alex. ad L. Si mihi & Titio. 110. ff. de Verb. Oblig.

Parisi. cit. loc.

Michael Grassius Lib. 1. Recept. Sentent. §. Jus Accrescendi. Quest. 33. n. 6.

Sonderlich aber (7.) was der Imperator CONSTANTINUS verordnet / quod si duobus à Principe quid donatum fuerit, & unus nullo relicto hærede decesserit, ejus portio ad Socium pevenire debeat, in

L. Un. C. Si Liberalitatis Imper. Socius sine Hærede decesserit.

Zumassen solche Constitutio (8.) ob sie gleich nicht ausdrücklich de Donatione vel concessione Feudi redet / doch nothwendig dahin zu appliciren ist / weil nirgend in Jure Feudali das contrarium zu finden ist. Ubi vero non expressa decisio in Feudis extat, Decisioni Juris Communis standum est.

per Text. 2. Feud. 1. Vers. Strenuus.

nec ulla firma ratio afferri potest, cur magis beneficia Principum in Feudis, quam Alodialibus rebus præsumrentur restricta, quæ jure suo Beneficii nomen inducunt, uti bene loquitur

Joh. Frider. Rhetius in Comment. Jur. Feud. Lib. 1. Tit. 1. pag. 97. addat. Wesenb. Consil. 4. Num. 108.

Ja auch auff eine absurdität hinaus lauffen würde / wie gar wohl Brunnemannus redet Conf. 19. N. 17. Wann die Donatio mera solch Privilegium haben sollte!



te/hingegen donatio remuneratoria ob bene merita, oder ob causam, & sic cum onere, sive donatio feudi, quæ ob servitia fit, solte solches beneficii juris accrescendi nicht genieffen/ da doch diese remuneratoria donationes, und ob causam, favorabiliores seyn/ als mera, und simplices donationes, und in jure vor andern viele singularia haben/ wie dann auch die communior & receptior sententia Jctorum ist / quod si Princeps duobus Feudum concesserit, uno sine hæredibus mortuo, defuncti portio non ad Dominum redeat, sed superstiti convalallo accrescat,

D. ab Eyben *Elect. Jur. Feud. C.6. §. 10.*

Brunnem. *Cons. 19. n. 12. seqq. & ad L. un. Cod.*

*Si Liberal. Imperial. Socius.*

Julius Clarus *§. Feudum. Qu. 77. n. 3.*

Michael Grassius *Lib. Recept. Sent. §. Jus Accrescendi. Qu. 33. n. 5.*

Schrad. *de Feud. P. 7. C. I. n. 11.*

Hieron. Gratus *Lib. I. Consil. 4. n. 14.*

Baldus *ad C. I. de Duobus fratrib. à Capitaz. invest.*

Mantica *de Tacit. & Ambig. Convent. Lib. 23.*

*Tit. 38. n. 55. seqq.*

Menoch. *de Presumpt. L. 3. Presumpt. 93. N. 24.*

etiãsi Feudum non à summo Principe vel Imperatore, sed inferiori Principe concessum fuerit, quoniam dicta Constitutio in *dict. L. un.* etiã ad Principes Imperii pertinet, uti præjudiciis confirmant

G

Rhetius

Rhetius in *Comment. Jur. Feud. L. 1. Tit. 1. p. 98.*

Brunnem. *Cons. 19. n. 13.*

Carpzov. *Decis. Illustr. P. 2. Decis. 134. in fine.*

eum enim ratio dicta legis un. in eo consistat, quod Principum Liberalitates præ privatis quid peculiare habere debeant, sintque ipsorum beneficia latissime interpretanda,

*L. pen. ff. de Constit. Princ.*

& quidem ut famæ gloriæ que litent, quæ vero Principum gloriam augent, non minus Imperii Principes, quam ullum Romanorum Imperatorem sectari deceat, cur non hæc constitutio quoque ad illos pertinere debeat? uti bene argumentatur

Rhetius *cit. loc. n. 4.*

Und dann solches alles (10.) in gegenwärtigen casu auch sonderlich um deswegen gelten muß/ weil von der Wildbahn/ oder jure venandi, so inter res individualas pfleget referiret zu werden/

Rosenthal *de Feud. C. 6. Concl. 76. n. 5.*

die Frage ist/ quando enim duo in re individuali acceperunt Feudum, unâ vasalli familiâ extincta, alteri in totum adjudicanda est, adeo ut hoc extra controversiam esse dicat

Rosenthal *d. Conclus. 76. n. 10.*

Mantica *de Tacit. & Ambig. Convent. Lib. 22. Tit.*

38. N. 42.

Auch alles dasjenige / was vorhin in contrarium ist angeführet worden / denen Herrn Grafen zu

zu Castell keines wegs hinderlich seyn kan / inmassen was die erste rationem dubitandi anlanget / solche anhero übel appliciret wird / weil hochgedachte Herrn Graffen / den Limburgischen Antheil / in casum mortis, nicht als descendentes ex primo acquirente, und jure agnationis, ( cum non omnis successio feudalis ex jure agnationis descendat ) sondern ex tacito pacto, & vi peculiaris cujusdam, seu extraordinariae & legitima successione, pretendiren / uti enim alias successio legitima illa dicitur, quæ certa lege confertur, ita & hoc casu dici potest, quod socius jure successione legitima, sibi partim consuetudine Feudali, partim in *L. un. C. ff. Imper. Liberalit. Socius.* concessa, defuncti socii absque hærede decedentis, portionem capiat.

Stryck. *de Success. ab Intest. Diff. 5. Cap. 1. §. 30.*

Rhetius *ad Lib. 1. Feud. Tit. 1. p. 98.*

Eyben *Elect. Jur. Feud. C. 6. §. 10.*

Was aber den Textum *Lib. 2. Feud. Tit. 12.* de duobus fratribus anlanget / dessen in secunda ratione dubitandi gedacht wird / derselbe keines wegs de Principe, sondern de simplici domino feudi redet / atqui generalis hæc constitutio, quæ de Domino Feudi loquitur, specialem Juris Civilis dispositionem, quæ de Imperatore vel Principe loquitur, minime tollere potest, sed differentia inter Principem & alium Dominum Feudi salva manet, uti bene respondet

Brunnem. *Conf. 19. n. 20.*

Eyben *Elect. Jur. Feud. C. 6. §. 10.*

ubi recte quoque ait. *L. un C. dist. tit. ad Feuda* quoque pertinere, eique per Textus Juris Feud. nullibi derogatum esse.

Die dritte und vierdte ratio dubitandi durch die dritte und fünffte rationem decidendi beantwortet sind. Und was die fünffte anbelanget / das nemlich jus accrescendi in contractibus nicht Staat habe / solches in donationibus Principum per expressam Legem seinen Abfall hat / dann obgleich das fundamentum hujus Successionis Socialis nicht so wohl ex jure accrescendi, quoniam illud regulariter non nisi in portione ejus quideficit, vel eandem non acquisivit, locum habet,

*L. 1. §. 3. ff. de Usufr. Accresc.*

Als vielmehr ex liberali interpretatione beneficij Principis, zu deriviren ist:

*Stryck. d. c. 1. §. 30.*

*Rhetius ad Lib. 1. Feud. Tit. 1. p. 98.*

*Perez ad Tit. Cod. Si Imp. Liber. Soc. n. 11.*

Doch endlich gleichviel gilt / ob man dieses ein jus accrescendi, oder jus non decrescendi, nennen / oder ex latissima beneficij Principis interpretatione deduciren wolle / weil gnug ist / das die exceptio klar / und man in effectu allerdings einig ist / scilicet si donatarius Principis sine hærede decesserit, alteri ejusdem rei Socio Donatario, partem defuncti accrescere, uti bene judicat

*Brunnem. Consil. 19. n. 16.*

So halten diesen allen nach wir dafür / daß  
nach Absterben der Herrn zu Limburg/ die Herrn  
Graffen zu Cassell/ den Limburgischen Antheil der  
qu. Wildbahn/ womit sie inegesammit belehnet/ zu  
pratendiren/ gar wohl befugt sind.

§. 6.

Præterea Sextò nec illud referre arbitror, num  
Feudum *Motu proprio* ab Imperatore, vel Principe, an  
*Ad instantiam* concessum fuerit: quanquam enim non  
nisi in iis Feudis, quæ motu proprio concessit Princeps,  
dictam L. un. valere statuunt Rosenthalius *de Feud. C.*  
*6. Conclus. 74. Num. 11.* ubi ita ait: *Si sententiam prio-*  
*rem, quæ meo iudicio magis communis & receptior est,*  
*secari libet, ut videlicet d. l. un. in Feudum vigorem*  
*suum exerceat, illa restringenda videtur, ut tum &*  
*in iis Feudis solum procedat, quæ Imperator motu*  
*proprio, non autem ad Vasalli instantiam concessit: in*  
*iis enim Liberalitatibus Principum, d. l. Unic dunta-*  
*taxat locum habet. Cardin. Mantica de Tacit. & Ambig.*  
*Convent. Lib. 23. Tit. 38. num. 61. & alii ibidem allegati*  
Doctores, quos Glossæ commovit autoritas, quæ de do-  
natione facta motu proprio d. L. un. intelligit, quia ta-  
men non saltem in Codice *Theodosiano* idem plane  
jus donationibus Imperialibus ad instantiam concessis  
tribuitur, *L. 2. verb. tribui poposcerunt. It. aliquid impe-*  
*traverint*

traverint. *Cod. Theod. Si Petit. Socius sine herede defecerit.* sed etiam in Codice *Justiniano* Legis nostra constitutio generalis est, & indistincte loquitur, uti rectè etiam animadvertit Anton. Perezias *ad Cod. d. t. n. 10.* cur ad beneficia motu proprio & nemine petente concessa, restringi debeat, non video.

§. 7.

Speçtat *Septimò* & hoc ad Ampliationem Textus, quod defuncto sine liberis socio, superstes in portione ejus succedat, licet hæc reliquis bonis defuncti jam *incorporata* & ab ipso *acquisita* fuerit. Equidem contrarium tuetur Jacobus Gotofred. in *Cod. Theod. Tit. Si Petit. Socius sine herede &c. ubi §. His duobus.* Ita casum Legis figurat, „Fingamus rem aliquam vacantem vel caducam, vel ex bonis proscripi pluribus communiter, communi nomine, seu junctis nominibus petentibus à Principe donatam sed nondum exactâ ea seu incorporatâ (id enim hic præsupponendum necessario est, nam alioqui si incorporata jam fit, his legibus locus non est, verum jure ordinario res stat) unum ex his decessisse &c. & porro circa fin. verè sequuntur: Præsupponendum est quod & supra monuimus, rem donatam nondum incorporatam aliis consortis, qui decessit, bonis fuisse; nam si incorporata ea fuerit, non alio ea pars jure censetur, quam reliqua

reliqua bona, in quibus sane consors nil Juris habet, pariter ut accrescendi jus locum non habet, post acquisitam semel portionem. *L. Si minor 61. ff. de Acquir. vel Omitt. hered. L. Aquam 16. §. fin. ff. Quem adm. ser. v. amitt.* excepto tantum usufructu: Fingendumque adeo est, hac in re consortem post donationem sibi cum alio à Principe factam, antequam partem suam persequi vel consequi posset, decessisse. Verum enim vero, cum Lex inter partem bonis socii jam incorporatam vel acquisitam, & non acquisitam, non distinguat, sed portionem sine herede decedentis, superstiti socio indistincte tribuat, nec nos distinguere decet, cum & Imperialium Donationum natura, in *L. 3. ff. de Constit. Princ.* refragetur: quod vero ea juris accrescendi conditio sit, ut post concursum realem, in parte jam agnita & acquisita, præterquam in usufructu, locum non habeat, *L. 1. §. 3. ff. de Usufruct. Accrese.* hoc ad successionem socii in Liberalitate Imperiali, nihil attinet, cum ejus fundamentum, non ex vulgari Jure accrescendi, petendum esse, jam ante ostensum sit: & ita recte contra Jacob. Gotofredum *cit. loc.* statuit D. Stryckius *de Success. ab Intest. Dissert. 5. Cap. 1. §. 30.*

CAP.



## CAPUT VI.

*Effectum, Contraria, & Affinia exhibet.*

## SUMMARIA.

*Quae Remedia & Actiones superstiti Liberalitatis Imperialis Socio, competant, refertur, & Responso illustratur. Cessare Legis unica beneficium, si ingratum se, adversus donatorem Principem, superstes praebuerit. Similiter, si pars decedentis jam alienata, nec in bonis ejus amplius, tempore mortis, existat. Nec tum Legem habere locum, si Liberalitas per sub & obreptionem obtenta. Etiam si codicilli Imperiales, motu proprio, vel ex certa scientia, donationem factam, referant. Perdere & tunc officium suum Legis nostrae regulam, si profusa nimis donatio*



*donatio appareat. Affinia Extraordina-  
ria successiois jura attinguntur.*

§. I.

**E**ffectus beneficii, quod saepe dicta Lex unica con-  
tinet, ex praecedentibus patescit: scilicet pars de-  
cedentis focii, superstiti, ipso jure accrescit, inaeque  
pro qualitate rei donatae, vel Rei vindicatione adver-  
sus quemcunque possessorem experiri, vel si Liberalitas  
in concessione alicujus juris, seu rei incorporalis consistat,  
Ut in confessoria agere, aut pro re nata, etiam per Actio-  
nem in personam, per Conditionem nempe ex Lege,  
*arg. L. un. ff. de Condit. ex lege*, etiam adversus ipsum do-  
natorem Principem, vel ejus Fiscum, partem quae ac-  
crevit, persequi superstes condonarius potest: un-  
de cum in casu, quem supra tetigi, Illustrissimi Domi-  
ni Comites de Castell consulerent, was auff dem  
Fall / da es zum Proceß kommen / und der Lehnherr  
mit der possessionnehmung präveniren solte /  
vor eine Action am dienlichsten / und sonst etwa  
zur Sache vorträglich seyn möchte? nomine Facul-  
tatis hoc modo responsum est:

Weil (r.) die Herrn Graffen zu Castell mit de-  
nen Herrn Graffen zu Limburg mit der Wildbahn

H

con-

conjunction/und n solidum sind investiret worden/dass  
 sie solche unzerrennit mit einander haben und ge-  
 niessen solten: Dieselbe auch (2.) hiehero in solcher  
 qualität beständig behalten / und exerciret haben /  
 und Ihnen (3.) der Limburgische Antheil/wann der  
 Letztere bemeldten Hauses ohne Erben solte abge-  
 hen / gleichsam jure non decessendi, ex dispositione le-  
 gis, immediate zuwächst / so folget hieraus / dass be-  
 meldte Herrn Grafen sich nicht allein Actionis per-  
 sonalis ex ipso pacto & contractu feudali, oder Con-  
 ditionis ex L. Un. C. Si Liberal. Imp. Soc. sine herede  
 decess. sondern auch Rei vindicationis, oder auch (weil  
 das Lehn mehrentheils in re incorporali & jure venan-  
 di bestehet) Utilis Actionis Confessoria, nam utraque  
 etiam contra ipsum Dominum locum habet,

2. Feud. 8. §. rei ante. verb. à quolibet possidente

Schultz Synops. Jur. Feud. c. ult. §. 10.

Vultej. Lib. 2. de Feud. C. 1. n. 18.

bedienen können/halten aber vorbemeldte Condition  
 ex dict. L. un. C. dict. tit. fast am dienlichsten zu seyn.  
 Und möchte hiebei auch das consilium statt finden/  
 welches contra Dominum, qui malo ordine intravit  
 feudum, an die Hand gegeben wird

2. Feud. 22. vers. si vero vasallo &c.

Wovon ein mehrers bey denen Interpretibus Ju-  
 ris Feudalis zu finden ist: wiewohl wir gänzlich da-  
 für halten / wann der Fürstl. Lehnherr hierum ge-  
 ziemend ersüchet wird / derselbe aus Fürstlicher Ge-  
 nerosität

nerosität den Samburgischen Antheil nicht prä-  
tendiren / sondern dasjenige / was Kaiser CONSTAN-  
TINUS de donatione & liberalitate Imperiali in offi-  
berührtem Lege unica verordnet / und nach einhel-  
liger Meynung der Rechtsgelehrten auch ad dona-  
tiones Principum Imperii gehört / nicht weniger als  
andere vornehme Reichs-Fürsten / bey sich werde  
gelten lassen.

§. 2.

Superest ut *Contraria*, & casus, quibus Lex  
Unica cessat, paucis referam. Et *Primò* tum su-  
perstitum Liberalitatis Socium, beneficio dictæ Legis  
privari arbitror, si *ingratum* se adversus Donatorem  
Principem præbuerit. Nam si propter ingratitude-  
m tota revocari donatio potest, quanto magis pars ac-  
crescens auferri poterit? & si cuique privato donatio-  
nem propterea revocare permissum, *L. fin. Cod. de Re-  
voc. Donat.* quidni Principi idem Jus arque fas esset,  
cujus persona, etiam absque antegræssa liberalitate, san-  
cta semper & summe venerabilis esse debet? itaque hoc  
verum censeo, etiam si donatarium ingratitude-  
penituisse, *Mozzius de Contractib. Tit. Quomodo revoc.  
donat. num. 69.* aut hanc legem donationi adjicisset  
Princeps, quod revocare nollet, quia hæc promissio  
sub solita clausula, rebus sic stantibus, & si non ingra-  
tus extiterit donatarius, intelligenda est, cum nec ex-  
pressa

pressa pactio, de liberalitate ob ingratitude[m] non re-  
 vocanda, valeat: L. 27. §. 4. ff. de Pact. L. Contra-  
 ctus 23. ff. de R. J. Carpz. *Illustr. Decis.* p. 2. Dec. 123. n. 14.  
 Lauterb. *Coll. Theor. Pract. Tit. de Don.* §. 52. Enimvero  
 non odiosam, uti multis persuasum, sed favorabilem  
 donationis, ob ingratitude[m], revocationē esse, ipse Im-  
 perator his verbis innuit: *Ne sit cuiquam licentia, & alie-  
 nas res capere, & frugalitatem irridere donantis, & i-  
 psam iterum donatorem, suasque res perdere.* d. L. fin.  
*Cod. de Revoc. donat.* Plane si Remuneratoria Principis  
 donatio esset, adhuc Legi nostræ locus foret, quoniam  
 Antidoralem donationem ne quidem ob ingratitude[m]  
 revocari posse statuunt, arg. L. si vero num. 12. in pr.  
*ff. Mand. L. Aquilius 27. ibi: Officium magistri qua-  
 dam mercede remuneratum ff. de Donat. cap. 12. vers:  
 licet autem. ibi: Juxta servitii meritum. X. de Testam.*  
*Myler de Princip. & Stat. Imp. cap. 49. §. 12. Sixtin.*  
*de Regal. Lib. 1. c. 6. num. 23. Carpzov. Decis. Illustr.*  
*p. 1. Decis. 78. Herm. Vultej. vol. 4. Consil. Marpurg. 25.*  
*num. 102.* quod tamen cum hoc temperamento acci-  
 piendum censeo, si specialia prorsus, & quæ in utilita-  
 tem Reipublicæ redundarunt bene merita, præcessissent,  
 nec gravissima revocandi causa subsit. vid. Gylman.  
*Synphor. 2. num. 67. fol. 226. Enenkel de Privil. Lib. 3.*  
*cap. 6. Myler de Princ. Imp. d. cap. 49. §. 13. in fin. Dn.*  
*Præses in Dissert. de Antidoralis Donatione aphor. 22.*

§. 3.

Cessat *Secundò* dispositio Legis, si pars focii decedentis jam alienata, nec in ejus bonis amplius existat: cum enim plenum donatario Imperiali rei donatæ, nec revocabile, dominium quæsitum fuerit, liberam utique de ea disponendi facultatem habuit, ut quicquid alienavit, id nullo colore superstes socius vindicare queat. Accedit, quod nec ipse donator, si ob ingratitudinem revocare donationem velit, quæ consumsit, quæque bona fide alienavit donatarius, repetere valeat. *l. His solis 7. Cod. de Revoc. Donat.* quæ ergo ratione superstes socius, quæ defunctus socius alienavit, prætendet?

§. 4.

Perdit *Tertiò* & tum officium suum Lex nostra, si donatio ab Imperatore per sub & obreptionem, falsa narrando, aut saltem vera (quibus expressis Imperator non donavisset) reticendo, fuerit obtenta: subreptio enim donatario Imperiali patrocinari non debet *L. 1. ff. de Except. dol.* sed mendax preceptor potius in petratris privandus est. *L. Rescript. L. Quoties C. de Precib. Imp. offer. L. 2. L. ult. Cod. Si contra jus vel util. publ. vel per mendacium aliquid possessum*

*vel impetratum. Cap. Cum dilecta 22. Cap. Super Libe-  
 ris 20. Cap. Dilectus 26. X. de Rescript. Cap. Cum nostris  
 6. X. de Concess. Præbend. Cap. cum dilectus 32. X. de  
 Elect. Cap. Cum olim 12. X. de Sent. & de re judic.  
 Cap. Si aliquando 41. & 1097. X. de Sentent. excomm.  
 Cap. ult. de Fil. presbyt. in 6. Quid ergo si Motu pro-  
 prio donatio profecta dicatur? equidem per clausulam  
 ejusmodi donationi insertam, omnem sub & obreption-  
 nis exceptionem tolli, statuunt Baldus in cap. Nisi n. 4.  
 X. de Offic. Deleg. Paris. Lib. 2. Consil. 222. num. 12: Fa-  
 rin. 1. Conf. 93. num. 4. Franc. in cap. Si Motu pro-  
 prio num. 5. de Præbend. in 6to Caputac. Decis. 72.  
 num. 2. Part. 2. & Decis. 218. Part. 3. idemque de  
 clausula *Ex certa scientia* docent, Gloss. in cap. 12. verb.  
*non obstantibus* X. de fil. presbyt. Joh. Andr. in cap.  
 olim num. 4. vers. *sin autem ex certa scientia* X. de  
 V. S. Myns. Conf. 19. Decad. 2. Gylman Tom. 2. Part. 1.  
 vol. 30. num. 7. allegati apud Tabor. ad Barbof. Lib. 17.  
 C. 58. axiom. 2. Sed quoniam in dubio Princeps benefi-  
 cium proprio motu concedere non præsumitur, arg.  
 cap. Si motu proprio 23. de præbend. in 6. Illustr. Dn.  
 de Lyncker *de Gravam. Extraiud. Cap. 5. Sect. 1. §.*  
 18. Bertachin in Repertor. voc. *Rescriptum impu-  
 gnatur*, vers. *Rescriptum præsumitur*. nisi causa re-  
 muneracionis subsit, arg. l. 12. princ. & §. 8. ff. *Man-  
 dat. Lauterb. Colleg. Theor. Pract. Tit. de Donat. §. 36.*  
*in fin.* & quoque quæ ad instantiam precesque obta-  
 ta sunt, sic sæpe concipiuntur literis, ac si *Motu pro-*  
prio*

prio & ex certa scientia fuissent indulta, prædictas clau-  
fulas non obstare arbitror, quo minus, si sub & obreptio  
doceri possit, Liberalitatis Imperialis socius beneficio  
dict. L. un. privandus sit. Dn. de Lyncker *dict. Tract.*  
*Cap. 5. Sect. 2. §. 7.*

§. 5.

Denique *Quarto* nec tum superstes Liberalita-  
tis Socius, decedentis partem jure vindicabit, si pro-  
fusa nimis donatio appareat, inque notabile Principa-  
tus detrimentum vergat: Liberalitas namque Princi-  
pem, non prodigalitas decet, & publica salus ac uti-  
litas, suprema ubique lex esse debet: vid. Brunnem.  
*ad L. ult. Cod. de Petit. honor. Sublat. in fin.* Aliàs  
equidem beneficium Principis decet esse mansurum,  
& extendi, non coarctari concessiones Principales con-  
venit, sed imbecillior ista decori Principalis ratio, à for-  
tiori ratione Legis prohibentis, aut utilitatis publicæ  
reclamantis, vincitur, uti bene loquitur Cancell. Ta-  
bor *Tract. de Oblig. Successor in Offic. Cap. 5. §. 18.*  
add. *Can. Quia Johannes 3. Caus. 12. Quæst. 5.* hinc  
Gratias, Dispensationes, Concessiones, Beneficia,  
ac Privilegia cessare communiter statuunt, quoties-  
cunque damnosa & iniqua esse incipiunt: Carol. Ta-  
pia *ad L. fin. ff. de Conlit. Princip. Cap. 4. Part. 3.*  
*num. 18.* Klock. *de Contribut. Cap. 16. Sect. 1. num. 94.*  
*100. & 198.* inprimis in *Tract. de Aerario Lib. 2. Cap.*

45. *per tot.* ubi donationes immensas Principum à Successoribus revocandas, atque Ærario addicendas esse, professâ opera docet, & per exempla illustrat. Mylerus *de Princip. & Stat. Imp. Cap. 49. §. 13.* Gœddeus *vol. 4. Consil. Marp. 17. num. 288.* Reincking *de Regim. Secul. & Eccles. L. 2. Class. 2. Cap. 8. num. 31.* pro qua sententia facit elegans textus in *Cap. Suggestum. 9. X. de Decim.* quod si itaque tota, cum publicè damnosa & iniqua apparet, donatio, revocari potest, multo magis partem, excluso Liberalitatis Socio, Illustris donator ex hac causâ sibi vindicare poterit.

§. 6.

*Affinia* quantum attinet, cognitionem *Pri-*  
*mò* aliquam cum Legis nostræ beneficio, Extraordi-  
naria illa successionis Feudalis species habet, de qua  
sub *Tit. de Duobus fratribus à Capitaneo investitis,*  
*2. Feud. 18.* agitur: Nam si duo fratres de novo bene-  
ficio simul investiti sunt, ea lege, ut in eo invicem suc-  
cederent, si postea unus sine herede decesserit,  
parsejus non Domino quæritur, sed propter tenorem  
investituræ, fratri accrescit. Similiter *Secundò*  
illud successionis jus, quo deficientibus quibuscunque  
testamentariis, & legitimis heredibus, alicui corpori,  
bona decedentis ex eo corpore, addicuntur, veluti *Cu-*  
*ria,* *Cohorti,* *Naviculariis,* *Fabricensibus,* *Eccle-*  
*siis,*



fuis & Monasteriis, qua de re tot tit. Cod. de Heredita-  
 tibus Decurionum, Naviculariorum, Cohortaliu,  
 Militum, & Fabricensium. L. un. Cod. Theodos. de  
 Bon. Milit. L. Si quis Presbyter. 20. Cod. de Episcop.  
 & Cler. agitur. Vid. Barry de Success. Lib. 18. Tit.  
 5. Stryckius de Success. ab Intest. Dissert. 5. §. 35. &  
 seqq. Brunnem. ad Cod. Tit. de Hereditat. Decur. &  
 ad L. 20. Cod. de Episc. & Cler. Et Tertiò quæ in Bo-  
 norum Possessionibus jura accrescendi obtinent, veluti  
 quoties pluribus liberis, cessante legitima successione,  
 bonorum possessio defertur, beneficium Prætoris qui-  
 busdam omittentibus, his solis qui bonorum possessio-  
 nem agnoverunt, portio non petentium accrescit, de  
 quo Lex Un. Cod. Quando non petentium partes peten-  
 tibus accrescant. Et Denique huc jus illud accrescen-  
 di referri potest, cuius Imperator in §. ult. Inst. de Do-  
 nat. meminit, quodque ipse sustulit in L. ult. Cod. de  
 Communi servo manumitt, quos scil. olim, si commu-  
 nem sevum habens aliquis cum alio solus ei libertatem  
 imposuisset, eo casu pars ejus amittebatur, & sociis  
 accrescebat. Plura memorari possent, sed hæc tetigif-  
 se satis sit: Itaque abrumpo, & Deo Opt. Max.  
 pro concessis huc usque viribus, humilimas toto cor-  
 de ago gratias.

*Corollaria*



*Corollaria.*  
*Ex Jure Publico.*


*Non magis Feudorum Regalium Ecclesiasticorum, quam Secularium investitura, Imperii Vicariis competit.*

*Supplicatio adversus sententias judicii Casarei Aulici interposita, effectu suspensivo gaudet, licet Revisio in Camera, praestita à victore idonea cautione, hunc effectum amiserit.*

*Ab Imperatore ad Imperium appellari posse, male dicitur.*

*Civitates Imperiales in Comitibus ad simultaneam Re- & Correlationem admittendas esse, ex Instrumento Pacis probari nequit.*

*Qua-*



*Querenti, An Imperator alterius Circuli Praefecto, quam illius, in quo executio fieri debet, executionem mandare possit? in Cathedralâ respondebitur.*

*Jus Monet a n d i cuique Domino Regionis jure Superioritatis Territorialis competere, falsum est.*

### *Ex Jure Privato.*

*Qui Lege nititur Iustiniana, licet ejusdem observantiam non probet, tamen causam tamdiu habet fundatam, donec adversarius jus posterius contrarium monstret.*

*Heres semel a dita hereditate, pœnitere, & hereditatem repudiare nequit, licet cum inventario adierit.*

*Pactum, quo venditor fundi tributa in se recipit, ratione contrahentium validum est.*

*Præceptum judicis de non solvendo sortem, debitorem ab usuris non liberat.*

*Mandans mandatario etiam illud refundere  
damnum debet, in quod casu fortuito  
incidit.*

*Jurisdictione superiore, nec privative nec cu-  
mulative, sed subordinate concessa intelli-  
gitur.*

### Ex Jure Canonico.


*Fœnus Nauticum Pontifici displicere, ex cap.  
fin. X. de Usur. probari nequit.*

*Legatum rei alienæ etiam jure Canonico valet.  
Omnes actiones jure Canon. bonæ fidei esse  
falsissimum est.*

*Remedium Canonis Redintegranda 3. Cauf.  
3. Qu. 1. contra singularem successorem,  
bona fide & titulo possidentem, competere,  
vix defendi potest.*

*Quod de non alendis ex incestuoso & adulte-  
rino coitu natis, jus Civile disponit, jure  
Canonico non mutatum est.*

Ex



## Ex Jure Feudali.

*Agnatus, in oppignorationem feudi consentiens, ad solutionem debiti se adstringit, licet domini consensus deficiat.*

*Filius feudum à patre alienatum jure protimiseos revocare potest.*

*Feudum emtum est feudum proprium.*

*Posse filium feudum à patre alienatum, ad exemplum agnati, jure successionis revocare, defendi nequit.*

*Fœmina nec in feudo Ecclesiastico succedit, adeoque regula, **Krumstab schleust niemand aus** / falsa est.*

*Feudum pecuniarium non solum à Principe, sed etiam à personâ privatâ constitui posse, verius est.*

Hüssi

❁ (o) ❁




**H**Ussi Delicium Cœli simulatque Pe-  
natum,  
Quem colit Aonii docta caterva Chori.  
Non Tibi Nobilitas posita est in origine  
solâ,  
Cum Studiis virtus elucet alta Patris.  
Gaudia sic duplicas dudum sperata Pa-  
rentum  
Hinc Salus è Cœlis Te duplicata manet.

*Honori & meritis Generosi Dni  
Auctoris scribebat Gießæ*

JOANNES CHRISTOPHORUS  
BYELEFELD

Consiliarius in Sacris Suprem.  
Superint. & Theologus A-  
cademiæ Primarius.

Dum



**D**um stimulat Magni Virtus No-  
menque Parentis,

Et genii ostendis nobilioris opes:

Applaudunt Musæ, votisque sonantibus  
ajunt:

*Ut Pater, Hic Patria, credite, Lumen  
erit.*


*Ita GENEROSISSIMO suo DN. de  
HUSS, ad Illustris DN. PAREN-  
TIS famam feliciter tendenti, de præ-  
claro specimine pariter, ac vitâ A-  
cademicâ, jam cum summo applau-  
su, transactâ, ex animo gratulatur*

PRÆSES,

---

**D**Et quodcunque velit Sociis, Allodia, Feuda,  
Cæsar, & Imperii dent quoque dona Status,

Jus



Jus Accrescendi Socios hos obtinet inter,  
Quod perquam docte dum tua scripta probant.  
Ex donis ut dona Tuis vel millia, lætis  
Accrescant votis. Apprecor Huisse Tibi.

*PræNobiliss. & Generosiss. Dno de HUSS  
strenuo Paternarum virtutum Emulo,  
de transacta feliciter vita Academica,  
animatus gratulatur, & condignam me-  
ritis fortunam apprecatur*

MELCH. DETHMARUS GROLMAN, D.  
Confil. Hasso Darmst. & Prof. J. Ord.

---

**I**N quo conveniunt Studium, Relligio, Nomen;  
Hic est Illustris, quo celebretur habet.  
**TU** sic HUSSIACO nunc Nomine & Omine splen-  
des

Mox studii justii cuncta benigna feres!

Ita

**GENEROSISS. DOMINO de HUSS**  
*Auditori suo & Fautori singu-  
lari, nec non ad quartum usq;  
annum inter inquilinos per  
quam strenue ac quiete studenti  
amica manu ad/se.*

---

JO. GEORG. LIEBKNECHT,  
Math. Prof. Publ. Ord.







*Grüßen, Diss., 1713-15*

ULB Halle

3

005 356 717







B.I.G.

Farbkarte #13

3. DISSERTATIO JURIDICA *P. 480 792*  
DE *Pr. 48. num. 52. 31.*

# IMPERIALIS LIBERALITATIS SOCIO, *1713, 2*

*P. 2/2*

L. Unic. Cod. Si Liberalit. Imper. Socius sine  
hered. decesserit.

*Quam*  
*Auspiciis Divini Numinis,*  
PRÆSIDE

BERNHARDO LUDOVICO  
MOLLENBECIO, J<sup>C</sup>to,  
*Sereniss. Landgravii Hasso-Darm-  
stadini Consiliario, Comit. Pal.*

*Caf. & Professore Facult. Jurid. Primario.*  
Fautore ac Studiorum suorum Promotore  
ætatem colendo:

*Publice defendendam suscipiet*  
Ad Diem Decembris c<sup>o</sup> 13 c<sup>o</sup>cxiii.

LUDOLPHUS HENRICUS de HUSS,  
Minda Westphalus.

GISSÆ, Typis Viduæ JOH. REINH. VULPII. Acad. Typ.

